PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANNO 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS; AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXI.

GEORGIUS CEDRENUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA: *AVENUE DU MAINE*, 208.

1894

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnieres. 136.8.93.

BR60
P4
V.121

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XI. ANNUS 1066.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

GEORGII CEDRENI

COMPENDIUM HISTORIARUM,

CUI SUBJICIUNTUR

EXCERPTA EX BREVIARIO JOANNIS SCYLITZÆ CUROPALATÆ.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE

Bibliothecæ Cleri Universæ

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS PRIOR.

STANFORD LIBRARY

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1894

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XI. ANNUS 1058.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXI CONTINENTUR

GEORGIUS CEDRENUS.

Monitum Editorum Patrologiæ. col. 9
Notitia in Cedrenum, ex Leonis Allatii Diatriba de Georgiis. *ibid.*
Caroli Annibalis Fabrotti Epistola nuncupatoria ad cardinalem Julium Mazarinum. 13
Ejusdem Præfatio ad Lectorem. 15
Guillelmi Xylandri Præfatio. 17
Georgii Cedreni Compendium historiarum a mundo condito usque ad annum 1067, cui subjiciuntur Excerpta ex Breviario historico Joannis Scylitzæ, Curopalatæ, excipientia ubi Cedrenus desinit et ad annum usque 1080 pertendentia, quo, dejecto Michaele Botoniata, Alexius Comnenus imperium adeptus est. 23

256427

MONITUM EDITORUM.

Georgius Cedrenus iis scriptoribus accensendus est, qui non propria cogitata scribunt, sed libros aliorum cum aliqua sagacitate exscribunt. Ideo apud multos vapulavit, quasi nihil sibi proprium afferret, sed ex meris latrociniis vixisset. Si tamen res æqui perpendatur, videbit eruditus lector Cedrenum in exscribendis aliis auctoribus aliquod meritum sibi comparasse, et studiis doctiorum etiam hodie posse inservire, tum quia nonnulli ex iis antiquis auctoribus perierunt, et apud solum Cedrenum exstant; tum etiam quia Cedrenus citatur a multis scriptoribus sequentis ætatis, qui libris a Cedreno expilatis carebant. Unde fit ut non raro ad eorum mentem assequendam Cedrenus consulendus sit. Id attendant, precamur, docti lectores qui severius judicium Allatii mox legent, et fortasse mirabuntur Cedreni Historiam in *Patrologia* nostra fuisse admissam. Videbunt etiam Cedrenum nequaquam exscriptum fuisse a Joanne Scylitza coætaneo suo, ut asserit Fabroti, sed eum exscripsisse.

NOTITIA SCRIPTORUM GEORGII CEDRENI.

(Leo Allatius in *Diatriba de Georgiis*, apud Fabric. *Biblioth. gr.* tom. X.)

Georgius Cedrenus, a quibusdam etiam monachus vel sacerdos existimatus, tum quod similis sortis hominibus genus dicendi familiare sequatur, tum quod de religione, et cæremoniis, et vita monastica prolixas disputationes sæpe sæpius interserat, a quibus ipse non dissenserim, dummodo libri titulus, quem ipsi etiam producunt, suspectus non sit. Ab orbe ipso condito compendium suæ historiæ exorsus, ad Stratiotici abdicationem (*a*) deduxit: opus e variis historiis non sententiis solum, sed verbo tenus consarcinatum absolvit. Quæ si ab auctoribus repeterentur, nudus ipse, æque ac cornicula illa remaneret. Primam enim historiæ partem a Georgio Syncello, et Georgio alio Hamartolo, ad Maximianum et Maximinum; cætera ad Nicephorum ex Genico a Theophane Syncelli continuatore, de Basilio Macedone ex Constantini Porphyrogennetæ libro de vita et rebus gestis Basilii Macedonis; a Nicephoro (*b*) ad Stratioticum ipsum, in quo historiam finit, a Joanne Scylitza exscripsit (*c*), et nescio qua fronte pro suis divendidit, adeo ut vix unam alteramve periodum in tam vasto volumine Cedreni propriam ac legitimam reperias. Gratiæ tamen illi agendæ sunt, quod auctores nobis præcipuos et raros suo ipse furto conservavit, quando illi non haberentur; sed cum jam nobis Georgii Syncelli, Hamartoli, Theophanis, Constantini, Scylacis (*d*), aliorumque scripta, accuratissimorum hominum beneficio ac diligentia obtinemus, frustra faciet, qui Cedrenum perquiret: nisi aquarum rivuli, quam fontes, unde emanant, puriores ac dilucidiores, magis accepti fuerint. Editus est hic auctor Græce et Latine ex interpretatione Gulielmi Xylandri, qui annotationes et tabulas chronologicas etiam addidit, Basileæ 1566, in-folio; ita tamen ut paginarum integrarum defectum pluribus in locis sentiat, qui ex manuscriptis in Altempsiana et Vaticana bibliothecis conservatis suppleri poterunt (*e*). Erat quoque in Bibliotheca patriarchæ Constantinopolitani, ut tradit Verderius, et in biblioth. Antonii Augustini cod 131. Hunc aliquando Wolphius, sed quam sano judicio! prætulerat Zonaræ. Zonaras enim, licet in historia post Constantinum Magnum jejunior sit, et nonnisi obvia quæque percurrerit, in his vero, quæ ante Constantinum ad mundi exordia diligentius ac copiosius versatur. Sed quod laude dignum, eaque summa est, Zonaras res de suo componit et narrat, non alienorum furtis plausum captat, neque tractatus integros exscribit.

Josephus Scaliger notis in Chronicon Eusebii de Cedreno illa habet: *Georgius Cedrenus totam chronographiam Syncelli verbatim descripserat, et ex eo atque aliorum chronologorum scriptis ingens volumen contextum* Σύνοψιν ἱστοριῶν *vocavit. Sed ne illud quoque breviatorum manus, librorum præsentissimum venenum, effugere potuit. Plus dico, non breviatores illi, sed mutilatores fuerunt. Nam quæ habemus, non justum illius* Συνόψεως *breviarium est, sed*

(*a*) A. C. 1057.
(*b*) Nicephoro Rangabe.
(*c*) Confer quæ supra, volum. IV, pag. 587.
(*d*) Scylitzæ.
(*e*) Post hæc A. 1644 ab Allatio scripta, Georgium Cedrenum undequaque reparatum et absolutum ex Regia biblioth. typis pariter regiis publico dederunt Parisienses A. 1647, fol., ubi Basileensis editionis lacunæ expletæ, castigata in plerisque a Carolo Annibale Fabrotto Xylandri versio, notæ posteriores Jacobi Goari additæ, Glossarium ejusdem Fabrotti præmissum, et apposita Scylitzæ ad Cedreni historiam continuatio.

potius cadaver, et disjecti membra scriptoris παρεκβολαί, *et excerpta ex eo ingenti volumine sine ullo ordine temporum, aut gestorum, aut delectu eorum quæ aut omittenda aut excipienda erant. Idiotam quidem hunc Cedrenum fuisse, illius scripta clamant, sed pejus et de illo et de tota chronologia meruerunt, qui eum tam crudeli genere lacerarunt. Denique totum Cedreni opus est stabulum quisquiliarum, et cento ex multis pannis sordidis, purpureis, malis, bonis, integris, laceris consulus. Ex ea farragine multa Eusebiana eruimus, quæ ex Georgio Syncello ille excerpserat, et præfato Eusebii nomine producit: multa etiam quæ, quanquam tacito Eusebii nomine, manifesto Eusebiana constat esse tum ex Syncello, tum ex aliorum fragmentorum reliquiis. Non pauca præterea apud eumdem Cedrenum supersunt optimæ notæ analecta; quorum partem Eusebii, partem Africani esse non dubitamus, sed ea, quod, quibus opinionis nostræ fidem faceremus argumenta nobis desunt, maluimus intacta relinquere, quam incerta pro certis afferre. Cedreni vero Synopsim arbitramur non multo post ejus obitum mutilatam fuisse, atque ita ab illis librorum carnificibus, ut hodie edita est, posteritati transmissam; quin ne ea quidem, quæ breviatores collegerant integra omnino ad nos pervenisse. Nam Leunclavius vir doctissimus in notis ad Annales Turcicos scribit aliquot Cedreni folia penes se habuisse, quæ in excusis desiderarentur. Nos vero apud Syncellum paginam integram reperimus, et quædam alia quæ in editione vulgata non exstare suo loco demonstrabitur.* Nec dissimilia sunt, quæ apud Vossium *De historicis Græcis* lib. II, cap. 26, leguntur. Acre nihilominus est Scaligeri de Cedreno judicium, et injuriam, qua ipse idiotam, ut supponit, afficit, summis, doctissimis et in historia ecclesiastica proceribus facit: Africano scilicet, Eusebio, Syncello, Theophani, Hamartolo, Constantino Porphyrogennetæ, Scylitzæ et aliis, quos verbatim describit Cedrenus: fateturque ipse Scaliger de quibusdam, de aliis, alii adnotarunt, et potissimum de Theophanis annalibus Dionysius Petavius not. in Nicephori patriarchæ Breviarium historicum: neque enim de suo quidpiam, quod illi prius scripto non tradiderint, scribit. Eusebius Africanum descripsit; Eusebium sine ulla verborum mutatione in suum Chronicon transtulit Syncellus; verba sunt Scaligeri: postea Theophanem et Hamartolum, cum morte præreptus Syncellus opus non absolvisset, Porphyrogenneta deinceps suppeditante materiam Theophanis affinis, et continuator, Theophanem excipit, et rerum seriem prosequitur: a morte Nicephori ad Isaacium Comnenum totus Scylitza proponitur. Quomodo tot tantique viri, et de historia Christiana bene meriti, stabulum erunt quisquiliarum, et panni sordidi ac laceri? An quia de ritibus et cæremoniis Ecclesiæ catholicæ fidentissime ac verissime tractant, stabulum olent Scaligero et sapiunt? Primos talium rerum auctores, non collectorem, neque rescriptorem reprehendere debuerat. Annon sub persona Davi vapulat Alexander Macedo, et pro libidine sibi fingit hominem Scaliger, quem opprimat? Leviores erunt Ecclesiæ ritus, contemptibiliores traditiones, faciliusque reprobari poterunt, si earum assertor nullius esse dignationis asseratur? Sed vellem in universa Cedreni historia aliquid, quod peculiare Cedreni sit, a Scaligero demonstratum fuisset, quod nusquam perlectis dictis auctoribus demonstrabitur: ut hinc postea dignumne illud laude sit an reprehensione, dijudicare possemus. Dicet illud esse sapere, qui ubicunque opus sit, linguam possit flectere; sed id, quibus in pectore acetum est, haud probabunt. Immerito præterea Scaliger temporum ordinem in Cedrenicis hisce, quæ supersunt, desiderat. Cedrenus enim *Historiarum* Synopsim, non *Chronographiam*, cui distinctio temporum magis competit, scripsit. Satis illi fuit regibus, res quoque sub eorum principatu gestas, nullo annorum ordine discriminatas supponere. At evolve, sodes, Cedrenum, quam ille distincte pleraque, quam accurate, et ea potissimum, quæ ex Theophane mutuatur suo loco distribuit. Et in exscriptione Scylitzæ Scylitza ipse sequendus erat, qui actiones non ad annos, sed ad imperia refert. Neque prudentiori consilio opus Cedreni unicum in duo partitur; alterum ingens, quod ipse Cedrenus ex variis auctoribus compilatum conscripserat, alterum a junioribus, non multo post ejus obitum mutilatum, adeo ut nec prioris voluminis breviarium sit, sed potius cadaver, estque illud ipsum, quod editum Græce et Latine præ manibus omnium est. Cedreni etenim opus, quod habemus non est primi operis a Cedreno compositi, quod nullum fuit, breviarium, sed illud ipsum ab eodem collectum, et quod ipse nuncupavit Σύνοψιν, *Breviarium*, quod brevi verborum circuiti, et veluti in compendio res profixas, atque immensæ scriptionis legentibus traderentur: argumento erunt auctorum sententiæ, et narrationes, quas ille, ut apud eos leguntur, neque immutans, sed fida verborum continuatione, rebus minus opportunis neglectis, disponit. Et Breviarii est, rem longa verborum serie circumscriptam breviori sententia, et paucioribus verbis concludere: quod secus se habet in Cedreno.

Monet tamen Vossius ex Gesnero, historiam Cedreni a morte Nicephori usque ad imperium Isaaci Comneni etiam legi sub nomine Joannis Curopalatæ (qui idem est cum Scylitza) paucis exceptis; (*a*) et Casaubonum notis in lib. XVII Strabonis referre, cum a

(*a*) De similibus codicibus mss. Seguierianæ sive Coislinianæ bibliothecæ, vide eruditiss. Montfauconum p. 206.

Græculo historiam Curopalatæ eruisset, eamque contulisset cum Cedreno, deprehendisse eadem iisdem verbis ab iis dici, ut alteruter necessario plagiarius sit. Addit Casaubonus : *At cum me ab illo Græculo deceptum, qui magna me pecunia emunxerat, inique ferrem, hoc me tamen recreabat, quod ex utriusque collatione multa posse in utroque emendari videbam. Cedrenum enim ita esse editum sciebam, ut multa passim in ejus scriptis turpissima relicta sint menda.* Sane Casaubonus non a Græculo, qui id quod erat, quam plurimi vendidit, sed errore suo, qui Scylitzam in Cedrenum translatum nescivit, deceptus est. Frustra ergo queritur de Græculo illo, qui Curopalatæ historiam, quam vere profitebatur se habere, vernalem exposuit : at ipse grandi pecunia mercatus est ; cautius rem suam gerere debuit ; rerum namque pretium vendentis redimentisque æstimatione accrescit. Vossius *De historicis Græcis* lib. III in Joanne Antiocheno videtur hunc Antiochenum Joannem cum Curopalata confundere, quem dicit Sxncellum, quod tamen falsum est, exscripsisse. Quod multis in libris historicum Cedreni compendium tribuetur Joanni Curopalatæ. Certum tamen est, non universam Cedreni historiam, sed eam tantum quæ a Nicephoro Rangabe exordium ducit, Joannis Curopalatæ esse. Puerile denique est, dubitare (*a*) an Cedrenus a Curopalata, sive iste a Cedreno acceperit. De Cedreno vide Genebrardum in Chronico, et Bellarminum *De scriptoribus eccles.* sæcul. XI, anno 1070.

(*a*) Joannem Thracesium (qui idem est cum Scylitze) sequi se non diffitetur Cedrenus et priorem ἔκδοσιν illius utique in synopsim suam transtulit : sed altera Scylitzæ editio ad Alexium Commenum usque, h.e.ad A. 1081,continuata,post Cedreni synopsim demum in manus hominum venit. Georgium Cedrenum epistola 84, ad Euthymium citat Nic. Comnenus Papadopoli in *Prænotionibus mystagogicis*, p. 361.

FABROTI DEDICATIO.

EMINENTISSIMO PRINCIPI JULIO MAZARINO

S. R. E. CARDINALI.

Scite Græcus auctor ait, Eminentissime Cardinalis, deorum templis donaria dicanda esse, viris autem illustribus ingenii monumenta nuncupanda. Quemadmodum enim muneribus hisce religionem nostram erga Deum, ita et hoc animorum fetu cultum ac observantiam nostram erga viros summæ dignitatis vel doctrinæ præcipuæ testamur. Inter Deum autem et homines longe interest, quod Deus, velut omnium Conditor et Dominus, rebus quarum precarii possessores sumus non egeat, illustrium autem virorum gesta penitus intercidant, nisi sit qui ea litteris mandet et posteris tradat. Sed et quemadmodum humili cuique ad deorum templa accedere et ibi vota sua nuncupare fas est, ita nec illustres animas ea quæ tenuiores homines eis dicant aspernari videmus. Altæ scilicet mentis homines securi sunt magnitudinis suæ, adeo ut Deum referre quodam genere videantur. Hæc cum ipse mecum reputarem, ausus sum, Eminentissime Cardinalis, religiose te adire et librum opera mea perpolitum licentiore forte hac epistola tibi inscribere, quo devotionem erga te meam publice testarer, scirentque omnes ad venerationem tui etiam eos qui longinque agunt libros tibi dedicare, ut ex sacro et immortali nomine tuo famam et gloriam sibi quærant ac immortalitate donentur. Hoc tamen vereor, ne te in excelso humanarum rerum fastigio positum et nunquam vacuum ego unus e turba audacius incondito ac rudi sermone interpellem, teque morer, cujus amplissimis cogitationibus ac consiliis imperium Gallicum gubernatur, cum potius occupationibus tuis bono publico parcendum esset. Sed magnæ quoque animæ litteraria hæc avocamenta non recusant. Hic autem admirari subit quam sagaci consilio optimus maximusque princeps, cum excederet vel potius intercideretur et in cœlum rediret, tibi, Cardinalis Eminentissime, pene dixerim, cuncta regendi onus imposuerit, cum juvenilis successoris animus nondum par esset imperio. Sic Atlas cum cœli oneri se subduceret, Herculem submisisse fertur, velut tantæ molis capacem : at qualem virum ? majorem humana natura, Deo proximum, denique Jovis, non Amphitryonis filium. Certe non alius quam natus Deo cœlum deorum sedem ferre poterat, sicut nec alius quam divinæ mentis homo onus imperii Gallici sustinere. Tu, inquam, Eminentissime Cardinalis, vocatu regis prudentissimi ad regni arcana tractanda non sine numine admissus es ; id quod ex rebus ipsis feliciter et ex voto fluentibus notius est quam ut quisquam præter malignos inficietur. Quando enim terrarum illo prædo, quando orbis universi candidatus certius intellexit se rerum solum potiri non posse, seque aliena regna irrita spe invadere ? quando feliciter secum actum putavit si fines suos non propagaret sed tueretur, nisi ex quo principem nostrum invictissimum anima reliquit ? Quid singula commemorem ? Prostrato primum stupenda felicitate exercitu validissimo, tum munitissi oppidis qua locorum natura qua milite non ignavo, cum interim inclinatas acies et l tes, tum milites sues velut attonitos et pavore defixos cerneret, intremuit Flandria. sumpserant Gallici hostes nominis, quoniam in contrarium cecidisse videbantur

impetus semper hostibus metuendi, quod scilicet externa vis contra fas piumque eis adfuisset velut Deus e machina, quodque eos obsidio liberatos viderent qui jam ingloriam deditionem parabant : sed statim Galli ingenii ad pugnam avidi vicinas urbes animosius aggressi sunt; quibus captis extimuit Italia non secus ac quondam populus gentium victor Gallis instantibus sæpius expavit, In Hispania bello quidem ancipiti pugnatum est : sed ducis fortissimi nomen Hispano militi vincendo jamdiu fatale est. Germania bello diuturno vexata, agrorum populationibus, urbium vastationibus concussa, imperatorem miseris dudum imperare cœpisse non diffitetur. Hæc latius exsequentur horum temporum diserti. Ego stylo remissiore attigi tantum, et quod longum esset ea prosequi, et quod verebar ne fastidium nasceretur ex plurimis. Cœlum igitur ambitione affectent exteri (quanquam expilationibus cœlum non petitur, sed religione et pietate, quæ reges Christianissimos astris inserunt), aliena regna avido animo pervadant : quandiu stabit Gallia validissima terrarum pars (quam pereundi legibus aliis quam quæ orbi terrarum impositæ sunt, fatorum vis æterna vel potius Deus fatorum arbiter et dispensator exemit), cœpta eis nunquam ex voto succedent. Cum autem serenissimus princeps noster spes totius generis humani adolescit, cum animi ejus vis augescit, tibi, Cardinalis Eminentissime, summa rerum permissa est, cujus fides in rebus difficillimis spectata, cujus devotio erga principem omne vincent exemplum. Nemo in posterum te rerum moderatore tam securus potentiæ erit ut Gallos pene inter ferrum et arma natos provocare vel offendere audeat, quos intelliget nullius armis esse superabiles. Nemo Galliæ socios aut fœderatos lacesset; nemo amicos lædet, qui hoc Galliæ debent, ut qui summa cum injuria et bonorum omnium indignatione fortunis suis exuti velut nudi exsulabant, plenissime restituti sint : tanta est cum sacri nominis tui veneratio, tum imperii Gallici felicitas semper invicta. Verum quo impellor ego fandi impotens ? Non enim multum interesse puto sive quis famam alicujus lædat, sive infra dignitatem eum laudet. Non possum tamen hæc citra crimen ingrati præterire quod omnium commendatione dignissimum est : bibliothecam scilicet multis librorum millibus constantem instituisti, quam eruditis omnibus patere vis. In qua quidquid Gallia bonarum artium feracissima, quidquid Italia vel Germania eruditum protulit, invenire in facili est. Omitto præclara illa marmora, principum et virorum qui litteris claruerunt statuas, quas cum videas et ingenii monumenta legas, putes non muta marmora, sed animata, et eorum non interiisse corpora, sed cum animorum fetu de perennitate certare. Quo quidem egregio facto litterattores quosque tibi obnoxios fecisti, et non minus in ore hominum agis quam propter alias acerrimæ mentis dotes ; ex quibus boni omnes intelligunt tanto te cæteris mortalibus superiorem esse, quanto fortuna tua excelsior et præstantior est. Vive igitur, Eminentissime Cardinalis, Galliæ felicitati, quæ, te sospite, culmen adipiscetur et diurnabit ! Vive, rei Gallicæ rector et propagator, cujus vigilantiæ hoc debetur, ut Galli pacem æquissimis conditionibus sperare debeant, aut exteri bellum internecinum timere ? Vive diu, Galliæ felix tutela salusque !

Eminentiæ tuæ

devotissimus

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

LECTORI

—

De scriptoribus historiæ Byzantinæ publicandis spem fecimus edito Joanne Cantacuzeno. Ecce fidem præstamus felicioribus auspiciis annixi, jussu nempe illustrissimi Franciæ cancellarii Petri Seguierii, qui ut opus hoc egregium ederetur suæ curæ fecit. Quid autem huic Cedreni editioni accesserit, lector, monendus es. Plures eæque ingentes lacunæ erant in editione priore, quæ Cedrenum deformabant. Aliæ minores plures paginas occupaverant. Eas omnes ex aliis scriptoribus calamo exaratis supplevimus, multa correximus ex Joanne Scylitze Curopalate, qui Cedrenum αὐτολεξεὶ descripserat unde mirari subit quanta securitate sæculi sui Curopalates alienum opus sibi vindicarit. Itaque si quis Curopalatem desideret, sciat eum Cedreni similiam esse : nam totidem verbis Curopalates constat. Qui tamen non per omnia nobis inutilis fuit, sed supplendo, ut dixi, et emendando Cedreno multum profuit. Quoniam autem toto pene Cedreno exscripto Curopalates excipit ubi Cedrenus desinit, ideo non ingratum fore duxi si cum Cedreno ederetur. Joannes Baptista Gabius interpres ejus multis in locis ab auctoris sententia aberraverat. Ei quantum fieri potuit consultum est interpolata ejus versione. Xylandri quoque versionem interdum emendavimus ; nec tamen veterem loco suo deturbavimus, sed nostram ad oram libri rejecimus. Præterea fatetur interpres ingenue se in quibusdam hærere. Nos sine ulla insectatione sententiam nostram proposuimus, et notas quasdam addidimus ei firmandæ.

Denique Glossarium adjecimus, quo voces mixobarbaræ, quibus Cedrenus utitur, explicantur, dignitates ecclesiasticæ palatinæ et militares exponuntur. Quo in concinnando usus non sum opera Meursii, quem plerique alii qui rapto vivunt solent exscribere, sed vel auctores nondum editos vel alios omnino auctores ad testimonium cito (*a*). Accedunt etiam R. P. Jacobi Goar variæ in Cedrenum animadversiones eruditissimæ, quæ non modicam Cedreno lucem afferent. Postremo numerosa operarum menda sustulimus, quo tam auctior *editio* quam emendatior opera nostra prodiret. Cedreno igitur fruere, quem antea, pene *dixerim*, auro contra veniisse non ignoras. Cedrenum sequetur Theophanes multorum votis expetitus, quem ex regia Christianissimi bibliotheca in lucem edemus, una cum Anastasii Bibliothecarii historia ecclesiastica hactenus inedita, quæ beneficio Cardinalis Eminentissimi Francisci Barberini ad nos pervenit. Sequentur et alii ex variis bibliothecis eruti, quos non interire quantum reipublicæ litterariæ interesit hi tantum intelligunt qui litteras tractant vel fovent. Vale.

(*a*) Non possumus citra crimen ingrati præterire auctores Græco barbaros, quibus usi sumus in hoc glossario, nobis utendos datos ex bibliotheca viri clarissimi et eruditissimi Jacobi Mentelli medici Parisiensis. FABROTUS *in calce Niceiæ.*

GUILIELMI XYLANDRI

AUGUSTANI

IN GEORGII CEDRENI ANNALES PRÆFATIO.

Ad magnificos et generosos dominos D. Marcum et D. Joannem Fuggeros, Antonii ff. Fratres Germanos, Kirchbergi et Weissenhoani dominos, etc., optimarum litterarum alumnos gratissimos.

Georgii Cedreni annales, qui auspiciis ac impensis vestris, viri amplissimi, a me non sine magnis ærumnis in Latinam linguam conversi in publicum hodie exeunt, pro more dedicaturus diu multumque cogitavi quanam de re potissimum apud vos dissererem. Sive enim historiæ utilitates explicandæ essent, quo hic liber prodiret commendatior atque gratior, jampridem id propositum ita copiose ornateque noram a summis viris tractatum, ut citra arrogantiæ crimen non possem conari ista vel amplificare vel etiam inculcare. Sive in vestris laudibus prædicandis occupanda oratio, ad quas profecto illustrandas augendasque hæc Cedreni versio editioque conducere debet, quid iis ornamenti poterat mea conferre infantia? Aut quotusquisque, ut nunc sunt mores hominum, non potius assentando me munus captare quam grati animi significationem raris virtutum exemplis demonstrandis commendandisque edere erat judicaturus? Itaque horum ego utrumque prudens sciensque omisi, præsertim cum recordarer de priore alibi me nonnihil etiam dixisse. Sed et alienum aliquid personis vestris aut præsente instituto, qualia ad animum accidebant multa atque varia, in medium afferre intempestivum videbatur atque insolens, neque enim laudari sentiebam eum qui delphinum silvis appinxit, fluctibus aprum. Itaque in præsentia satis habui pauca de ipso hoc historico opere et mea quam vobis ac reipublicæ in eo conficiendo navavi opera dicere; itaque lectore non inutiliter, ut quidem ego puto, de quibusdam præmonito, dedicationis munere defungi.

Jam primum, quis fuerit Cedrenus, certo deprehendere nullo indicio potui, cum de se ipso nihil, hoc quidem in opere, memoriæ prodiderit, neque ab aliis sit, quod ego sciam, laudatus aut nominatus scriptoribus. Eo tamen inclinat animus ut sacerdotem fuisse suspicer aut etiam monachum; tametsi videtur hoc non fuisse dissimulaturus. Meæ conjecturæ ansam præbent cum genus dicendi quo est usus, tum quas de religione et cæremoniis habet disputationes. De quibus non impedio quin quisque suo captu et sensu judicet: quid ego judicem, satis credo esse bonis notum; neque est cur mutem sententiam ulla idonea causa. Quando vixerit, nihilo magis constat quam qua conditione vixerit; nisi quod probabile est rerum potito Isaaco Comneno (qui iniit imperium eodem fere quo Heinricus IV anno, qui fuit a nato Christo 59 supra millesimum) eum scripsisse suos Annales: hi enim in istum desinunt. Is qui codicem vestrum scripsit librarius, Isaaci Angeli aliquoties mentionem fecit in margine. Fuit hic Isaacus Friderici Ahenobarbi imperatoris Germani æqualis, et accepit Cpolitanum regnum circa annum 1183, ut centum fere annis codex iste auctore suo recentior fuisse videatur. Non dissimulavit librarius aliquoties se in exemplari, quod descripsit, aliquot paginarum defectum sensisse. Sed utrum reliqua omnia ita fuerint ab auctore composita quomodo ad nos scribæ istius opera pervenerunt, dubitari haud injuria potest: non enim mendosa modo quædam, sed plura etiam his mutilata vel comperi vel suspicatus sum, quod aliquoties in annotationibus ostendi. Porro autem faci crediderim lectores in bonis scriptoribus versatos et judicio aliquantum quam vulg

acriori præditos, ubi lectionem hujus operis instituerint, molestiæ principio aliquid aut etiam nauseæ contracturos. Pollicitus enim auctor ab initio mundi usque ad sua tempora historias se compendio recitaturum, ubi ad rem ventum est, neque optimo ordine ea proponit quæ in sacris Litteris et Flavii Josephi antiquitatis Judaicæ descriptione atque alibi copiose describuntur ; et inserit multa nescio quam relatu aut creditu digna : et interpolatis narrationibus sæpe, sæpe mutilatis, aliquando idem non sine tædio et odio inculcat. In summis mundi imperiis et eorum successione ac mutationibus exponendis jejunus plane est. Res Romanas ita attingit ut videatur earum fuisse admodum ignarus. Et in ipsis imperatoribus ordine recensendis eorumque in summa exponendis rebus gestis fere ad Constantinum usque Magnum nihil præclari aut etiam operæ pretii est consecutus, ut subverear ne quis ista legens exclamet : *Quid tanto dignum dedit hic promissor hiatu ?* Digressiones quoque in disputationes de vita monastica, contra Judæos, et alia id genus, talia sunt quæ annalibus parum omnino conveniant et non possint a quovis ventriculo concoqui. Quæ ego a me dicta ita velim accipi ut ab eo qui non vituperet sed excuset Cedrenum, scriptorem qualem ea tempora et fortassis etiam vitæ institutum tulit, ut uno verbo dicam, interdum σύ;θη. Certe si quid ab eo peccatum est, non magno rerum dispendio peccatum est, cum abunde librorum sit ex quibus historiarum ab ipso præteritarum aut minus commode tractatorum cognitio repeti possit. Hoc autem vere possum affirmare, plurima esse in Cedreni hoc opere, quæ cum alibi non inveniantur, maximam ei apud omnes veritatis et historiæ amatores conciliare possint debeantque gratiam. In Justiniano præsertim Magno, in Heraclio et aliis deinceps Cpolitanis imperatoribus multo est quam ipse Zonaras fuerit diligentius ac copiosius versatus describendis, annis etiam singulis res gestas dividens. Nam quæ ante novæ Romæ ortum habet, ea videtur utcunque ex variis libris non magna cura ac judicio perexiguo consarcinasse : in Cpolis autem rebus et exercitatior fuit, ut apparet, et majore est usus industria ; et si quid ego judico, hoc illi ἔργον fuit, cætera πάρεργα. Qui eum cum Zonara conferrent, iis deprehendere erit proclive vere me ista dicere. Nam omisit Zonaras multa quæ noster habet, scitu perquam digna, et quibus omissis historiam mutilari obscurarique fuit necesse. Multa ille breviter admodum indicavit, quæ sunt a nostro circumstantiis omnibus explicatis illustrata. Neque ego primus hoc deprehendi : sed Wolfius noster, quem honoris causa nomino, vir harum rerum (quod, quibus ignotus ipse est, lucubrationes ejus evidentissime demonstrant) longe peritissimus, aliquanto ante codici vestro schedam præfixerat qua argumentum ejus in hæc verba exprimitur « tractat idem argumentum quod Zonaras, sed multa habet a Zonara de industria prætermissa, brevitatis, ut opinor, studio, sed certe non prætermittenda. Quod si mihi optio data fuisset ab initio, hunc Zonaræ prætulissem. Nunc cum Zonara denuo edendus erit, consultum fore videbitur ut hoc totum opus perlegatur, et quidquid memorabile visum fuerit, Zonaræ suis locis certa nota apposita inserendum. » Hæc Wolfius ; qui, haud dubie, cum hoc ferret de Cedreno judicium, ad ea respexit præcipuæ quæ aliunde quam ex eo aut Zonara repeti commode non possunt. Nam duo priores Zonaræ, tomi longe alioqui sunt meliores ac laude digniores quam ea quæ ad Constantinum usque Magnum noster collegit. Et tamen in hisce ipsis sunt nonnulla quæ cognitu digna atque utila tamen neque apud Zonaram occurrant neque alibi sint adeo obvia. Enim vero id affirmare ausim, ex hoc nostro scriptore ab homine industrio multa posse desumi quibus Zonaræ Procopii Diaconi aliorumque id genus scriptorum, recentiorum quoque, ut Cuspiniani, Egnatii Panvinii, imperatores et historiæ partim corrigi partim illustrari ac poliri possint. Quæ utilitas vel sola ejus editionem apprime apud æquos lectores gratiosam facere debet. Neque nunc proponam exempla : tametsi enim rei gustum aliquem annotationes nostræ præbebunt, tamen malo hæc solerti lectori observanda relinquere quam iis commemorandis me jactare. Addatur et hoc : cum eorum quæ sunt circa Byzantium et in ipsa urbe locorum, tum aliarum multarum urbium fluminum montiumque notitiam permultis hujus scriptoris locis posse explicari atque illustrari ; ut magno rerum geographicarum incremento et antiquitatis recolendæ adjumento diligentibus sit futurus.

Verum de Cedreno satis, aut fortasse nimium : legatur, ipsus se probabit, et ostendet vendibili vino non opus esse hedera, Venio nunc ad meam operam, non profecto ut eam vel jactem vel etiam ἀκκισμῷ extenuem, quorum neutrum ego ingenui hominis arbitror ; neque etiam ut qui vestris et aliorum bonorum (cæteros enim nihil moror) judiciis diffidam, ideoque causam mihi dicendam putaverim : sed quod, cum ipse in hoc opere falsus alicubi sim, nolim alios quoque errare. Primo omnium ne conatus quidem sum id consequi, ut Zonaræ, Nicetæ ac Gregoræ facundiam Latinam parem Cedreno conciliarem. Nam probe mihi meæ conscius tenuitatis, nemine etiam monente, habebam exploratum me moliri hoc non debere quod elegans pastor merito odisse ait, ἴσον ὄϊστις κορυφῇ τελέσαι δόμον ὡρομέδοντος. Et quidem Græcæ linguæ usu Cedrenum iis quos nominavi multo inferiorem esse, multoque minus in suo foro disertum, non difficulter judicabunt lectores ; quos minus habet etiam quod conqueratur, si Latine purius ii nitidiusque ipso loquuntur. Ac nescio quomodo mihi accidit ut interdum invitus, magis tamen solito, balbutirem ipse etiam, dum præeuntis verba subsequor et exprimere conor. Sed hoc quidquid est mali, æquanimitas lectorum vel dissimulabit ve'

Postquam vos, Mæcena[illegible]missimi heroes, ultro pro vestra benignitate de me

honeste sentientes, impulsore maxime D. Ludovico Carino, sene longe doctissimo veroque officiosæ in cultores bonorum artium, humanitatis exemplo, vobisque non absque gravissimis causis et meritis charissimo et acceptissimo, de me autem jamdiu ita merito ut gratiarum actionem (quas enim possim pro tot beneficiis hac mea conditione referre ?) hic locus dignam non capiat, memoriam autem ab eo in me profectarum commoditatum me vivo nihil sit obliteraturum ; suadentibus idem cum aliis primariis viris tum ipso etiam Wolfio, qui (*nihil jam de ipsius laudibus dicam, cum prædicationem meam excedant, neque hoc sibi reponi muneris pro suis meritis ipse cupiat*) abundantia quadam amoris semper me prosecutus quasi lampadem hanc in decursione vertendæ Græcæ historiæ recte se traditurum mihi existimavit ; postquam ergo Cedreni convertendi provinciam mihi credidistis (id quod mihi fuit, ut debuit, gratissimum), equidem in hoc incubui ut exspectationi vestræ meisque promissis mature et fideliter satisfacerem. Omnia expeditu facilia fore animo præceperam, fortasse non nimis arroganter, ut qui non nunc primum hoc genus rei tractandum, susciperem. Sed in progressu tamen id expertus sum quod Alcæus olim eleganter cecinit :

Delata in altum cum semel est mare,
Quocunque tempestas vocabit,
Ut tibi navis eat necesse est.

multa spem meam fefellerunt. Incidi in loca vel obscura vel mutila sæpe ; ubi cum nonnisi unus codex mihi esset aut alibi eadem aut similia perscripta in promptu non haberem, oportuit me hærere. Conjecturas scio aliquid posse, sed eæ neque satis tutæ aliquando sunt, et non raro quod conjicerem aut quo me referrem non succurrebat. Ne tamen vel auctori vel lectori mea ignoratio fraudi esset, ubi visum est rem habere aliquid monenti, annotationibus meis pro virili rem exposui aut saltem aliis enodandam proposui. Maxime barbarica me vexaverunt vocabula, quorum magnam copiam lector inveniet, partim hybridarum ac μιξοβαρβάρων aut (si ita velit aliquis μιξελλήνων, partim prorsus et apud Latinos et apud Græcos peregrinorum. Quorum alia rerum sunt, ut scaramangium, tuldum, cumparia, barducium, læsa, et alia plura ; alia officiorum appellationes, ut barangi, protovestiarus, logotheta dromi, caniclium, protospatharius, drungarius, ameras. Reperiet etiam multa Latina Græco habitu velata, κινστέρναν, σκάμνον, λεγάτα, silentium, asecretia, scalam, χρῦσον, sexcenta alia. In quibus animadvertendis et vertendis quam fuerim felix, nescio : fui certe moleste occupatus. Quod ad annotationes meas attinet, poteram eas extendere et amplificare indicatione et comparatione eorum quæ apud alios scriptores iisdem de rebus habentur ; quod ignavo fortassis aut librorum copia destituto lectori fuisset non ingratum. Verum ego brevitati studui ; et cum postremo eas relegerem, permulta amputavi quæ alio loco commodius me persecuturum videbam, cum hic vel brevius quam ut satis intelligerentur indicare ea oporteret, vel commentando extra fines annotandi progredi. Has autem ipsas annotationes lectori magnum momentum allaturas ad intelligendum Cedrenum, aut saltem quædam diligentius scrutandum, confido. Mihi quidem incredibili labore constiterunt. Ponetur in lucro a gratis, si ad alios quoque intelligendos scriptores inde aliquid poterunt petere adjumenti : quod ego spero fore. Numeri eorum numeris margini Cedreniano appositis respondent ; nisi quod sæpe plura unico sumus complexi loca. Ad finem tabulas chronologicas (*a*) adjeci, jampridem eas a me compositas, et cum ad alia tum ad συγχρονισμοὺς prompto inveniendos ac intervalla temporum supputanda utiles. In his fere sum Funckium secutus, quanquam ipse quoque de quibusdam quod moneam et disputem videor mihi habere ; quod ipsum quale sit, alio loco, si Deus volet, proferetur. Græcus codex editur diligentissime et summa fide ac labore non exiguo descriptus, collatusque cum vestro exemplo. Ex eo poterit emendatio eorum sumi in quibus est a me peccatum. Ut enim nusquam me hallucinatum profitear, non facile mihi quisquam persuaserit. Confido tamen æquos peritosque rerum et ærumnarum quæ in hujusmodi operibus sunt exantlandæ lectores non ita multa desideraturos, ut non sint mihi pro laboribus hisce gratiam habituri. Vobis autem, Viri amplissimi, vobis acceptum ferre debent, quam hoc opere legendo utilitatem delectationemque capient : vobis, inquam, non mihi. Tametsi enim studio reipublicæ litterariæ juvandæ atque locupletandæ tenear vel maximo, paucisque (quod velim nemo dictum arrogantius putet) voluntate bene merendi de patria cedo, aut fortasse nemini, tamen ea est rerum mearum tenuitas, ut nisi aliis locata mea opera, qui fortunarum mearum habeant ac laborum et suæ liberalitatis rationem, scribendi facultatem habeam nullam. Et quamvis multo est quam imperiti credere possint ærumnosius, ista, qualia nos fere edidimus adhuc, conscribere ; ut non domino tantum fundi maximam, sed et colono aliquam gratiam debere videri possint qui frugibus vescuntur ; ego interim quod ab aliis exigam non habeo, cui dubium non sit quin meos in hoc opere labores pro vestra liberalitate atque munificentia ita sitis compensaturi, ut insigni vobis obstrictus beneficio perpetuas sim debiturus atque habiturus gratias. Atque ego sane neque volo neque debeo etiam diffiteri, hanc mihi potissimam fuisse meæ vobis operæ offerendæ atque navandæ causam, ut consecuto quod volui, nemo alius porro sit appellandus. At vestræ magnificentiæ quis, nisi animi prorsus obnoxii, negaverit plurimum a republica litteri

(*a*) Hæc chronologia, quia virorum doctorum judicio non satis accurata est, in hac editione prætermissa est. FABROTUS.

et omnibus in ea ingenue versantibus deberi? Nam me quidem, ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impulit audax ut libros facerem. Quod ipsum tamen adhuc ita temperavi, et in posterum quoque rebus meis sic poscentibus ita instituam, ut non minora ad bonarum litterarum studiosos quam ad me meis e laboribus redeant emolumenta. Vos autem quid, præter publicæ utilitatis rationes et voluntatem de me quoque privatim bene merendi, ad hoc Cedreni dandum munus adduxerit, ne cogitari quidem potest; nisi si quis ita est in Europa hospes et famæ ignarus, ut vos et avitæ et vestris meritis partæ gloriæ inopes suspicetur voluisse hujus liberalitatis opportunitate nomini vestro laudem decusque conciliare. Enimvero quod vestro sumptu in lucem e tenebris eruendis ac publicandis hocque pacto ab interitu vindicandis bonis libris et magnificentiam vestram patriæ demonstratis et rempublicam angelis atque exornatis, non id gloriæ, qua abundatis, quærendæ studio, sed laudatissimi piæ inclytæque memoriæ herois Antonii Fuggeri, patris vestri, legitima quadam et hæreditaria successione atque imitatione facitis; neque committendum vobis putatis ut cum aliis in rebus eum patriæ repræsentetis, hoc unico in tam laudabili instituto ab eo vos degenerasse opinari quisquam possit. Valete, Viri amplissimi ac veri Mæcenates, nosque in vestrorum clientum numerum semel receptos fovete, sedulo curaturos ne quid vobis in nos collatorum beneficiorum pereat. Heidelbergæ, Nonis Januarii, anno a Natali Christi 1566.

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΑΡΧΟΜΕΝΗ

ΑΠΟ ΚΤΙΣΕΩΣ ΚΟΣΜΟΥ ΚΑΙ ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΙΣΑΑΚΙΟΥ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ

ΣΥΛΛΕΓΕΙΣΑ

ΗΠΑΡΑ ΚΥΡΟΥ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ·

—

COMPENDIUM HISTORIARUM

A MUNDO CONDITO USQUE AD ISAACIUM COMNENUM IMPERATOREM

A DN. GEORGIO CEDRENO

EX DIVERSIS LIBRIS COLLECTUM,

Guilelmo Xylandro Augustano interprete, cujus versionem ad incudem revocavit Carolus Annibal Fabrotus.

—

1-3 Multi ante nos religiosi atque cognitionis rerum gestarum studiosi viri in compendium historias contrahere aggressi sunt. Nam et Georgius monachus idemque syncellus, ab initio mundi orsus,

A [P. 1.] Πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν φιλοθέων ἀνδρῶν καὶ φιλιστόρων τὴν ἐπίτομὴν τῆς ἱστορίας ἐπραγματεύσαντο· ὅ τε γὰρ μοναχὸς Γεώργιος καὶ σύγκελλος (1) ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμου εἰς Μαξι-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(1) *Syncellus* dignitatis est seu officii nomen. Ita appellabant eum qui patriarchæ (sic crebro nuncupant Cpolitanæ Ecclesiæ summum antistitem) defuncto successurus erat, quasi suffraganeus quidam. Auctor noster in vita Constantini Monomarchi, de bello Sultanico et Liparita capto agens; et est idem apud Zonaram. Atque in Leone Iconomacho noster Anastasium Germani syncellum facit, in Leone Basilii filio Stephanum ejus fratrem Photii, in Romano Lacapeno Theophylactum hujus filium Stephani Ameseni; alios alibi. Vox unde sit deducta, ut et multæ aliæ id genus, conjectu est difficile neque magnopere necessarium. Quid si is sit qui in eadem cella cum eo degat cui sit successurus? In Michaelo Stratiotico mentio fit protoscyncelli, quasi principem syncellorum dicas, Leonis Strabospondylæ, qui tum in republica primarius fuerit gerenda. Id videtur aliquid ab aliis habere diversi. Ego in his adnotationibus ea tantum statui referre quæ maxime necessaria videbantur. Quam brevitatem pro excusatione accipient æqui lectores, si non ubique eos adjuvabimus. ZYL. — Syncellus primis temporibus, non alius quam contubernii societatis ac convictus particeps, successor nusquam erat, virtutis siquidem et eruditionis merito, CP throni, sublato e vivis Tarasio, successionem adeptus est Nicephorus confessor. Plura de Syncello expetita suis locis exponentur; quæque de illo, non plana licet et integra, probanda tamen Xylander retulit, alibi commodius inserentur. GOAR.

* Prologum isto prolixiorem ex cod. Coislin. 136 a Montfauconio editum habes ad calcem tomi II. EDIT. PATR.

μιανὸν καὶ Μαξιμῖνον (2) τοὺς τυράννους κατέληξε, καὶ ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης (3) τὸ ἐκείνου τέλος ἀρχὴν ποιησάμενος οἰκείαν ἄχρι τοῦ τέλους Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικοῦ (4) κατήντησε. Μετὰ δὲ τοῦτον καὶ ἄλλοι ἐπεχείρησαν, οἷον ὁ Σικελιώτης (5) καὶ ὁ ὑπέρτιμος Ψελλὸς (6) καὶ ἕτεροι σὺν τούτοις. Ἀλλὰ τῆς ἀκριβείας ἀποπεπτώκασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν κασιλέων καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα γέγονεν ἐγκρατής, καὶ πλέον οὐδέν. Ὁ γὰρ Δαφνοπάτης [P. 2] Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγὼν, καὶ οἱ λοιποὶ Βυζάντιοι (7), Νικηφόρος τε διάκονος ὁ Φρὺξ, Λέων ὁ Καρίας (8), Θεόδωρος ὁ Σίδης, καὶ ὁ τούτου ὁμώνυμος Σεβαστείας (9), καὶ ὁ Κυζίκου Δημήτριος (10), καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης (11), οἰκείαν ἕκαστος ὑπόθεσιν προστησάμενοι, ὁ μὲν ἔπαινον φέρε εἰπεῖν βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἄτερος δὲ φίλου ἐγκώμιον, πόρρω τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν διανοίας ἀποπεπτώκασι καὶ πρὸς ἀλλήλους διηνέχθησαν. Ὁ δὲ πρωτοβεστιάριος (12)

A usque ad Maximianum et Maximinum tyrannos rem perduxit: et quo is loco desiit, 4 inde principium sumens Theophanes confessor obitu Nicephori qui de generali logotheta imperator fuit factus, historiam suam finiit. Post hunc etiam alii idem opus in manus sumpserunt, ut Siculus, ut honoratissimus Psellus, ac præter hos alii. Cæterum isti accuratam atque exactam temporum rationem non tenuerunt, neque aliud præstitere quam quod nuda regum enumeratione exposita, quis cui in imperio successisset docuerunt. Nam Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlagon ac reliqui Byzantii, tum Nicephorus diaconus Phryx, Leo e Caria, Theodorus Sida oriundus, aterque Theodorus Augustanus, Demetrius item Cyzicenus ac Joannes monachus, horum qui vis peculiari sibi proposito 5 argumento (verbi gratia, laudationem alius regis, alius patriarchæ vituperationem, alius amici prædicationem), procul a nominatorum virorum sententia aberra-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(2) *Maximianum et Maximinum.* Horum prior collega fuit Diocletiani, cognomento Herculeus, posterior ab eodem Diocletiano imperatore gener ac Cæsar est ascitus. Cedrenus Maximianum vocat in ipsius historia. Quidam *Maximianum* scribunt. Nomen ei fuit Gallerio. Tyrannos vocat, quod Christianis fuerunt iniqui. XYL.

(3) Hic Georgii Syncelli filium secutus ab ejus fine principium historiæ suæ dedit, Theophili et Michaelis filii tempore, quo monasterii Agri præpositus decessit. GOAR.

(4) Sic etiam Zonaras eum vocat in inscriptione imperii ejus, tomo tertio f. 99, paulo ante ea referens quæ ego huc perspicuitatis gratia transtuli. Est apud Suidam in Ἀρτέμιος, γενικόν vocari eum qui tributorum vel redituum rationes putat, τῶν φόρων λογιστήν. Et in Basilio Macedone noster ejus mentionem facit, ac ibidem non procul initio γενικόν loci nomen fuisse ostendit, ubi debitæ publico seu tributi seu vectigalis nomine pecuniæ exigerentur. Alioqui creditur voce λογοθέτης cancellerius aut libellorum magister aut aliquid tale, designari: officii nomen utique est. Fuit Nicephorus iste æqualis Caroli Magni. XYL.

(5) De Siculo isto nihil a me temere dictum volo: quod Possevinus Heidelgergensis Bibliothecæ cod. 394 scribit, fideliter exscribo: *Joannis Siculi Chronicon ab orbe conditio usque ad imp. Michaelem Theophili F. præcipuas historias complectens. Meminerunt ejus Zonaras et Cedrenus*, Hæc ille. GOAR.

(6) Quis hic Psellus? Non unus siquidem cognomine Psellus, sed plures, iidemque τῶν φιλοσόφων ὕπατοι, non *consules*, ut quoniam rentur, sed supremi, quasi ὑπέρτατοι. Primus Michael Leonis philosophi præceptor eruditissimus et ὑπέρτιμος, quo celebriorem et antiquiorem, Baronio judice non reperias, de quo refert auctor p. 550. Alter Constantinus, de quo p. 803. Priori quædam historica ascribit Possevinus. Ac cum sua tempestate Psellum scripisse testetur Curopalates, de posteriore sermonem ab auctore fieri penitus est indubium. GOAR.

(7) Quos de nomine citat Curopalates, Josephus Genesius et Manuel Byzantius. GOAR.

(8) Grammaticus cognomine, Romanæ classis dux, novem imperatorum post Theophanem gesta conscripsit. Latet adhuc in Regia Bibliotheca. GOAR.

(9) *Augustanus*, Sebasteæ natus. Est autem Σεβάστεια Augusta, a Σεβαστός Augustus. Utque Augustæ multæ fuerunt urbes in regionibus occidentalibus, ita Græco nomine Sebasteæ in Oriente fuerunt. Nam et Samariam Herodes Sebasteam aqpellavit, ut Strabo testatur, et Sebasteam Cappadociæ commemorat Plinius 6 3. XYL. *Augustanus* nusquam dicendus (nisi forte Xylandro *Augustano*, Latine quidem, verum improprie laquenti) qui non *Augustæ* natus, verum ecclesiæ quæ est in *Sebaste* præsulatum geessit. GOAR.

(10) Hic trito loquendi more Cyzici episcopus C censeretur. Num ille Cyzici, Demetrius de quo narrat auctor p. 723 et 740, quippe in Armenos Dioscori discipulos feliciter stilum exacuit? nullo scriptorum habito sermone reliquit incertum. GOAR.

(11) Joannis monachi nomine Zonaram alias intelligi notum est. XYL. — Is mihi nonnullisque aliis et Zonaras. Nomen, professio, scripta id evincunt. At repugnant illi qui Cedreno Zonaram habent posteriorem. Unde? quod ulterius hic deduxerit narrationis filum. Levius argumentum est: Cedrenus etenim opere nundum absoluto scribendo destitit. GOAR.

De Niceta Paphlagone non habeo quod dicam: nam Choniates ille Phryx fuit, vel seipso teste. XYL. Hunc cognomento Davidem vitæ Ignatii patriarchæ sanctissimi et rerum sui temporis (vivebat autem nono sæculo) fidelissimum scriptorem laudat Baronius. Eumdem Paphlagonem cognomine citat Meursius in Lexico GOAR.

B Inferioribus temporibus Phœnice regnante, Hercules fuit philosophus cognomento Tyrius. Is, purpuram invenit. Cum enim in eam Tyri partem ascendisset quæ ad mare pertinet, pastoris canem vidit concham vorare, pastoremque a cane sanguinem emitti putantem, lana ab ove accepta quod ex ore canis defluebat abstergere. At Hercules, qui rem observaret, tincturam ejus lanæ egregiam cum admiratione vidit; animadversoque liquorem eum ex concha ista fluxisse, lanam istam magni doni loco ad regem Tyri Phœnicem attulit. Is, spectaculo tincturæ istius attonitus, jussit hoc modo lanam tingi atque ex ea sibi regiam vestem parari; qua primus hominum indutus omnibus admirationi fuit. Nam antea temporis colorum tincturam ignoraverant homines. Longo post tempore Romani, Phœnicia subacta, veram et antiquæ respondentem purpuram ad regium amictum adhibuernnt. Numa, qui post Romulum et Remum Romæ regnavit, cum ad eum Pelasgorum legati venissent chlamydes gestantes prætextas coccino, quales etiam Isauri gestant, ea forma delectatus primus instituit ut a Romanis chlamydes gestarentur, a **35** regibus purpureæ, prætextæ auro, a senatoribus et iis qui cum magistratu aut imperio essent aliæ quæ pro indicio regii gestaminis purpura essent prætextæ; quo significaretur Romanæ rei publicæ dignitas et subjectio. Edixitque ne quis sine hujusmodi chlamyde in palatium suum intromitteretur.

C

Φοῖνιξ δὲ ὁ υἱὸς τοῦ Ἀγήνορος ἀνὴρ ἐγένετο σοφὸς, ὃς συνεγράψατο Φοινικοῖς γράμμασι τὴν ἀριθμητικὴν φιλοσοφίαν, ὑπεξέθετο δὲ καὶ ἀσωμάτους ἀρχὰς, καὶ σώματα δὲ μεταβάλλεσθαι, καὶ τὰς ψυχὰς εἰς ἀλλογενῆ ζῶα εἰσιέναι. Οὗτος πρῶτος ἐξέθετο ταῦτα, ὡς Κλήμης συνεγράψατο ὁ σοφώτατος.

D Phœnix Agenoris filius vir fuit sapiens, qui philosophiam de numeris conscripsit litteris Punicis. Exposuit etiam principia incorporea et corporum mutationes animarumque in alterius generis animalia migrationes. Primus hic ista exposuit, ut Clemens homo doctissimus scriptum reliquit.

Μετὰ δὲ τὴν Ἑρμοῦ τελευτὴν ὁ Ἥφαιστος ἐπὶ τέσσαρα ἥμισυ ἔτη τῆς Αἰγύπτου ἐβασίλευσεν. Ἦν

A morte Mercurii Vulcanus regnum Ægypti per annos quatuor cum semisse tenuit. Ferent hunc

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(35) Non observavi alibi ταβλία. Videntur autem sic appellari panniculi, quibut orœ laneæ prætexerentur, *die bram.* Nisi quis clavos malit, de quo alias. ῥούσιον verti coccinum. Russatorum aurigarum fuit genus, quod in Nerone Xiphilinus ex Dione πυῤῥᾷ σκευῇ appellat. Meminit Plin. VII, 53. Plerique roseum vocant hunc colorem, neque sane a rubore sanguineo colore præditarum rosarum color est alienus Coccinum talem aurigam appellat alicubi Martialis. XYL. — Nil dubium quin voce ταβλίων Romanorum *latus clavus et limbus purpureus* vestem insigniter prætexens sit intelligendus. ῥούσιον enim χρῶμα *roseus* est sive *purpureus color*, atque unus ex iis quos inter aurigandum factiones ostentasse scribit auctor in Michaele Theophili filio. Prasino porro, Veneto et Candido ῥούσιον adjungit, quem *roseum* interpretantur. GOAR.

bellatorem fuisse, ac cum equo corruentem pedem fregisse, unde ad mortem usque claudus permanserit. In deorum numerum eum Ægyptii retulerunt, quod lege lata ipsorum uxores uno viro contentas esse et pudice vivere jussisset, suppliciumque in adulteras constituisset; aut vero, ut Plato vult, quod eis bellicorum et rusticorum instrumentorum ex ferro fabricationem demonstrasset: ante ipsum enim lapidibus et fustibus præliabantur. Hunc mystica quadam precatione aiunt ex aere forcipem impetrasse, atque ita Ægyptiis æris fabricandi ariem tradidisse.

36 Vulcano defuncto filius nomine Sol successit ac rex Ægyptiorum annis viginti semis fuit. Post hunc Sosis, inde Osiris, postea Orus, tum Thules Ægyptum, alius post alium rexerunt. Thules omnem terram usque ad Oceanum occupavit: inde in Africam reversus oraculum consuluit, quisnam se prior tantum potestatis habuisset, ac quis post ipsum tantumdem habiturus esset. Ita ei responsum perhibetur: (« Principio deus, hinc sermo, atque his spiritus junctus. Hæc tria cognata: est illis æterna potestas. Mortalis, celeri gressu te hinc protinus aufer, incertam degens dubio conamine vitam. ») Ferunt hunc, ubi primum æde oraculi egressus est, a suis esse in ipsa Africa jugulatum. Successit ei Sesostris, ac 20 annis regnum in Ægyptios gessit. Hic Assyrios, Chaldæos et Persas usque ad Babylonem subegit, Asiamque et Europam, Mysiam et Scythiam. Reversus quindecim millia Scytharum juvenum delectos, qui bellatores essent optimi, in Perside collocavit. Sub hoc ferunt Mercurium in Ægypto innotuisse, admirabilem virum et sapientiæ causa stupendum. Is Dei universi hujus Conditoris tres esse maximas facultates, unicam vero divinam naturam dixit. Itaque etiam Trismegistus Hermes, quod est *Mercurius termaximus*, denominatus est. Hujus ad Æsculapium quemdam hæc sunt verba: « Erat lux intelligens ante lucem intelligentem; eratque semper mens quæ mentis causa esset, neque quidquam erat aliud quam hujus mentis unitas. Ea mens cum semper in sese ipsa sit, semper sua ipsius mente luce atque spiritu universa continet. **37** Extra eam mentem neque deus est neque angelus, neque dæmon, neque alia ulla natura. Omnium enim Dominus Deus et Pater est. Sub ipso et in ipso omnia sunt. Sermo enim ipsius, qui perfectus omnibus modis est et fecundus ac opifex, ab ipsa progressus mente inque aquam, cujus est fertilis natura, incidens, fetam aquam reddidit. » Hæc fatus Hermes sic precatus est: « Adjuro te, cœli magni opi-
-ro te, vox Patris, quam primam edidit,
i su -ms, propitius esto. » Beatus

δὲ, φασὶ, πολεμιστὴς, ὃν συμπεσόντα τῷ ἵππῳ πληγῆναι τὸν πόδα καὶ χωλεύοντα ἄχρι τέλους διαρκέσαι. Ἀπεθεώθη δὲ ὁ Ἥφαιστος ὑπὸ Αἰγυπτίων διὰ τὸ νομοθετῆσαι μονανδρεῖν καὶ σωφρόνως βιοῦν τὰς γυναῖκας τῶν Αἰγυπτίων, τὰς δὲ μοιχευομένας τιμωρεῖσθαι, ἀλλὰ μὴν καὶ ὡς ὁ Πλάτων, πολεμικῶν καὶ γεωργικῶν ἐργαλείων τὴν ἐκ σιδήρου κατασκευὴν αὐτοῖς ὑποδείξαντα· λίθοις γὰρ καὶ ῥοπάλοις ἐπολέμουν πρὸ αὐτοῦ, τοῦτον δὲ φασι διὰ μυστικῆς εὐχῆς τὴν ὁξυλάβην δεξάμενον ἐκ τοῦ ἀέρος, οὕτω τὴν χαλκευτικὴν Αἰγυπτίοις παραδοῦναι.

Μετὰ δὲ Ἥφαιστον ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἥλιος καλούμενος ἐπὶ εἴκοσι [P. 20] καὶ ἥμισυ ἔτη τῆς Αἰγύπτου ἐβασίλευσε, καὶ μετ' αὐτὸν Σῶσις, εἶτα Ὄσιρις, μεθ' ὃν Ὧρος, καὶ μετ' αὐτὸν Θούλης, ὃς καὶ ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ πᾶσαν τὴν γῆν παρείληφεν. Ἐπὶ δὲ τὴν Ἀφρικὴν ὑποστρέφων εἰς τὸ μαντεῖον ἐπυνθάνετο τίς πρὸ αὐτοῦ καὶ τίς μετ' αὐτὸν οὕτω δυνήσεται· ἀκοῦσαι δὲ τοῦ χρησμοῦ οὕτως· « Πρῶτα Θεὸς (36), μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς· σύμφυτα δέ εἰστι τάδε, ὧν κράτος αἰώνιον. Ὠκέσι ποσι βᾶδιζε, θνητέ, ἄδηλον διανύων βίον. » Τοῦτον εὐθὺς τοῦ μαντείου ἐξελήλυθότα οἱ ἴδιοι ἐν αὐτῇ τῇ Ἀφρικῇ κατέσφαξαν. Μετὰ δὲ τοῦτο Σέσωστρις τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ εἴκοσιν ἔτη ἐβασίλευσεν. Οὗτος Ἀσσυρίους καὶ Χαλδαίους καὶ Πέρσας ἕως Βαβυλῶνος ὑπέταξε, καὶ τὴν Ἀσίαν, Εὐρώπην, καὶ Μυσίαν καὶ Σκυθίαν. Ὑποστρέφων δὲ δεκαπέντε χιλιάδας ἀνδρῶν νεανίσκων, Σκυθῶν μαχιμωτάτων ἐπιλέκτων, ἐν τῇ Περσικῇ γῇ κατῴκισεν. Ἐπὶ τούτου Ἑρμῆν φασιν ἐν Αἰγύπτῳ θαυμαστὸν ἄνδρα γνωσθῆναι καὶ φοβερὸν ἐπὶ σοφίᾳ· ὃς ἔφρασε τρεῖς μεγίστας εἶναι δυνάμεις τοῦ Δημιουργοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, μίαν θεότητα εἶναι εἶπε· διὸ καὶ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς κατωνόμασται. Ὃς οὕτω πρός τινα Ἀσκληπιὸν αὐτοῖς ῥήμασιν ἔφη· « Πν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοῦ αἴτιον, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ ἡ τούτου ἑνότης. Ἀεὶ ἐν αὐτῷ ὢν ἀεὶ τῷ ἑαυτοῦ νοὶ καὶ φωτὶ καὶ πνεύματι πάντα περιέχει. Ἐκτὸς τούτου οὐ θεὸς, οὐκ ἄγγελος, οὐ δαίμων, οὐκ οὐσία τις ἄλλη· πάντων γὰρ Κύριος καὶ Θεὸς καὶ Πατήρ· καὶ πάντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν. Ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ προελθὼν παντέλειος καὶ γονιμος καὶ δημιουργὸς, ἐν γονίμῳ φύσει πεσὼν (37), ἐν γονίμῳ ὕδατι, ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησεν. » Οὕτως εἰπὼν ὁ Ἑρμῆς ηὔξατο· « Ὁρκίζω σε, οὐρανοῦ μεγάλου ἐργάτα, ὁρκίζω σε, φωνὴ Πατρὸς ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, τὸν μονογενῆ λόγον αὐτοῦ, Πλεως ἔσο. » Τῶν φωνῶν τούτων καὶ ὁ ἱερὸς Κύριλλος ἐμνήσθη εἰπὼν ὅτι καὶ ὁ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς Τριάδα ὡμολόγει. Ὁ δὲ Σέσωστρις μετὰ τὴν νίκην τὴν Αἴγυπτον καταλαβὼν τελευτᾷ. Ἀνέστη δὲ μετ' αὐτὸν βασιλεὺς ἐπ' Αἴγυπτον Φαραὼ ὁ καὶ Ναρεχὼ καλούμενος, κρατήσας ἔτη, ὥς φασι,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

-q Græco, quorum sen-
-tus.
-c eadem, paucis
-i legitur παῖς ὤν

καὶ sicut contra nos vitiose ἑαυτῷ paulo ante pro αὐτῷ habebamus. Sed et precatio apud Suidam nonnihil variat. XYL.

πεντήκοντα· ἐκ τούτου οἱ ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ καταγόμενοι βασιλεῖς Φαραὼ προσαγορεύονται. Ἕως ὧδε αἱ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖαι.

A quoque Cyrillus harum vocum mentionem fecit, dicens quod etiam Hermes Trismegistus Trinitatem sit confessus. Cæterum Sesostris parta victoria Ægyptum adeptus decessit vita. Post eum rex Pharao exstitit, qui et Narecho dicitur. Regnavit annos, ut aiunt, quinquaginta. Ab hoc genus ducentes reges Pharaones appellati sunt. Hactenus regnum Ægyptiorum.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Πίκου τοῦ καὶ Διὸς ἀνεφάνη τις ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰάφεθ ἐν χώρᾳ τῶν Ἀργείων, Ἴναχος λεγόμενος. [P, 21] Ὃς καὶ ἐν αὐτῇ βασιλεύσας κτίζει πόλιν Ἰὼ καὶ Ἰώπολιν ἐκάλεσε ταύτην εἰς ὄνομα τῆς σελήνης· οἱ γὰρ Ἀργεῖοι τὴν σελήνην Ἰὼ καλοῦσιν. Ἔσχε δὲ καὶ θυγατέρα Ἰώ· ἐκ ταύτης ὁ Ζεὺς θυγατέρα ἔσχε τὴν Λιβύην. Αὐτη ἡ Ἰὼ ἐπεὶ ἐμίγη τῷ Διΐ, αἰσχυνθεῖσα τὸν κατέρα φεύγει εἰς Αἴγυπτον, ἐκεῖσε δὲ τὸν Ἑρμῆν βασιλέα εὑροῦσα ἐπεὶ τὸ Σίλπιον ὄρος τῆς Συρίας μεταβαίνει, ὅπου Σέλευκος ὁ Μακεδὼν ὕστερον εἰς ὄνομα τοῦ ἰδίου υἱοῦ τὴν μεγάλην Ἀντιόχειαν ᾠκοδόμησεν. Ἐκεῖ οὖν ἡ Ἰὼ τελευτᾷ. Ἴναχος δὲ ὁ ταύτης πατὴρ πολλοὺς εἰς ἀναζήτησιν αὐτῆς πεπομφὼς, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς αὐτῆς ἀδελφοὺς, παρήγγειλεν, εἰ μὴ αὐτὴν ἀγάγοιεν, μηδὲ αὐτοὺς ἐπανελθεῖν. Οἱ δὲ τὴν Αἴγυπτον διαβάντες καὶ πρὸς Συρίαν ἐλθόντες ὄναρ θεωροῦσι δάμαλιν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρηματίζουσαν οὕτως· « Ἐνθάδε εἰμὶ ἐγὼ ἡ Ἰώ. » Διτπνιοθέντες οὖν ἐκεῖ ἱερὸν καὶ πόλιν, ἣ καὶ Ἰώπλιν ὠνόμασαν, οἰκοδομήσαντες ἔμειναν, μὴ τολμῶντες πρὸς Ἴναχον ἐπανελθεῖν Λιβύη δὲ ἡ θυγάτηρ αὐτῆς, ἣν ἐκ Διὸς ἔσχεν, ἐγαμήθη Ποσειδῶνι τῷ Κρόνου μὲν υἱῷ, ἀδελφῷ δὲ Διός. Τούτοις τρεῖς παῖδες, Ἀγήνωρ καὶ Βῆλος καὶ Ἐνυάλιος ἐνέχθησαν. Ὧν ὁ Βῆλος μὲν τὴν Σίδα γεγάμηκεν, ἀφ' ἧς Αἴγυπτον καὶ Δαναὸν ἔσχεν υἱοὺς, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα Αἴγυπτος κέκληται· ὁ Ἀγήνωρ δὲ ἐπὶ τὴν Φοινίκη, ἐλθὼν ἠγάγετο τὴν Τυρὼ, ἐξ ἧς Κάδμος ἐγεννήθη καὶ Φοῖνιξ καὶ Σύρος καὶ Κίλιξ καὶ θυγάτηρ Εὐρώπη καλουμένη. Κτίζει δὲ Ἀγήνωρ τὴν Τύρον, ἐπ' ὀνόματι Τύρου τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, βασιλεύει δὲ τῶν μερῶν ἐκείνων ἔτη ξγ'. Φασὶ δὲ τὸν Ταῦρον τοῖς χρόνοις ἐκείνοις τῆς Κρήτης βασιλεύοντα, ναυμαχίᾳ κατὰ τῆς Τύρου ἐπιθέμενον τοῦ Ἀγήνορος ἀλλαχοῦ μετὰ τῆς οἰκείας δυνάμεως πόλεμον ποιουμένου, πρὸς ἑσπέραν τὴν Τύρον ἐλεῖν, ἄλλους τε πολλοὺς αἰχμαλώτους καὶ δὴ καὶ τὴν Εὐρώπην θυγατέρα Ἀγήνορος, ἣν καὶ γυναῖκα ποιησάμενος πᾶσαν τὴν γῆν Ἰάφεθ Εὐρώπην ὠνόμασεν, ὥσπερ Λιβύην ὁ Ποσειδῶν τὴν τοῦ Χὰμ γῆν διὰ Λιβύην τὴν αὐτοῦ γαμετήν. Ἐντεῦθεν ὡμολόγησαν οἱ ποιηταὶ ὡς ὁ Ζεὺς ταύρῳ ὁμοιωθεὶς Εὐρώπην ἥρπασεν. Οὗτος ὁ Ταῦρος καὶ Γόρτυναν πόλιν ἐπ' ὀνόματι τῆς αὐτοῦ μητέρος ᾠκοδόμησεν ἐν Κρήτῃ, καὶ υἱὸν ἔσχεν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ὃν Μίνω προσηγόρευσεν. Ὁ Ἀγήνωρ δὲ τελευτᾷν μέλλων χρήματα πολλὰ ἐν Κρήτῃ διὰ τοῦ υἱοῦ Κάδμου πρὸς τὴν θυγατέρα Εὐρώπην ἀποστέλλει. Τοῖς υἱοῖς δὲ αὐτοῦ τὴν ὑποτεταγμένην αὐτῷ γῆν καταμερίζων, Φοίνικι μὲν Τύρον καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς ἀπονείμας Φοινίκην τὴν ὑπ' αὐτόν ὠνόμασε γῆν. Ὁμοίως δὲ καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν τὰς ἐπιλαχούσας τοῖς υἱοῖς Σύρῳ καὶ Κίλικι χώρας προσωνόμασεν. Ἐν τοῖς χρόνοις τούτου τοῦ Φοίνικος καὶ Ἡρακλῆν φασι τὸν φιλόσοφον, [P. 22] τὸν λεγόμενον Τύριον, τὴν οὕτω καλουμένην κογχύλην ἐξευρεῖν, ὡς εἴρηται.

Tempore Pici, qui et Jupiter usurpatus est, in Argivorum regione quidam de Japeti stirpe exstitit, nomine Inachus. Hic regno Argivorum potitus urbem Io condidit, et Iopolim illam vocavit a lunæ nomine; luna enim Io ab Argivis nominatur. Habuit et filiam Io nomine, ex qua Jupiter filiam Libyam sustulit, Ipsa Io verecundia patris, quod cum Jove concubuisset, in Ægyptum fugit; ubi cum Mercurium regem invenisset, in Silphium Syriæ montem abiit, ubi postea 38 temporis Seleucus Macedo magnam Antiochiam de illii nomine sic dictam condidit. Ibi mortua est Io. Pater vero Inachus multos cum misisset qui eam requirerent, filios quoque suos ea conditione ablegavit ut nonnisi eam reducentes domum redirent. Hi cum Ægypto peragrata ad Syriam accessissent, per insomnium viderunt buculam, quæ humana voce hæc ederet: « Hic sum ego Io. » Somno soluti fano ibi et urbe Iopoli ædificatis eo loco manserunt, cum ad Inachum reverti non auderent. At Libya Ius et Jovis filia Neptuno nupsit, Saturni filio, Jovis fratri. Ex hoc conjugio nati tres filii, Agenor, Belus et Enyalius. Quorum Belus ducta in matrimonium Side Ægyptum, unde Ægypto regioni nomen, et Danaum filios genuit. Agenor in Phœnicem profectus Tyro uxorem duxit; ex qua ei nati sunt Cadmus, Phœnix, Syrus Cilix, et filia Europa. Agenor Tyrum exstruxit, ab uxore ita nominatam, regnumque in iis regionibus per annos, ut aiunt, 63 obtinuit. Ea tempestate traditur Taurum Cretæ regem classe Tyrum tentasse, Agenore cum suis copiis alibi bellum gerente; ac sub vesperam capta Tyro cum alios multos captivos tum Europam quoque Agenoris filiam abduxissse. Hanc deinde 39 uxorem habuit, ab eaque Europæ nomen toti quæ Japeto cesserat terræ fecit, sicuti Neptunus omnem Chami terram a Libya uxore sua Libyam denominavit. Hinc poetæ perhibuerunt Jovem sub tauris specie Europam rapuisse. Hic Taurus etiam Gortynam urbem matri suæ cognominem in Creta condidit, filiumque ex Europa habuit, quem Minoem appellavit. Cæterum Agenor moriturus magnam pecuniæ vim per Cadmum filium suum ad Europam in Cretam transmisit, suam vero ditionem inter filios ita distribuit, ut Phœnici Tyrus ac quæ circum est regio obtingeret, quam et Phœnicem nominavit, sicut et Syriam ac Ciliciam, quas Syro et Cilici filiis suis attribuebat. Hujus Phœnicis ætate ferunt Herculum philosophum, cognomento Tyrium, purpuram quo expositum est modo reperisse.

At Jupiter præter multas Danaem quoque Acrisii, qui ab Argivis descendebat, filiam, insigni forma, et quæ in cubiculo ad mare exstructo asservabatur, corruptis multo auro custodibus rapuit ac violavit, atque ex ea filium nomine Perseum sustulit. Hinc fabulati scriptores Jovem ediderunt in aurum conversum per tectum in cubile influxisse, ac Danaæ virginitatem eripuisse. Hunc quoque Perseum alatum fuisse dixerunt, quod ab ineunte ætate celerrimus fuit ingenioque ferocissimo atque callidissimo; quare etiam eum Jupiter pater arcanas ac mysticas fœdaque 40 omnes incantationes et veneficia docuit horum ope victoriam ei ab hostibus reportandam pollicens. Itaque vir factus Perseus Nini patrui filios fugiens ad Assyrios venit. Inde in Africam eunti virgo occurrit indigena, oculis capillisque feræ instar horrens. Quam ipse cum subsistere coegisset, quod nomen gereret interrogavit. Professæ nomen Medusæ statim caput amputavit; idque, ut infandæ atque abominandæ Jovis patris præceptiones jubebant, conditum habens, manuum robore et magicarum artium fiducia fretus, adversum hostes suos perrexit; capiti nomen Gorgonis imposuit ob efficacitatem et vim veneficii. Inde in Æhiopiam transivit, quam tunc Cepheus regno tenebat; ejus filiam Andromedam eamdemque sacerdotem rapuit, ac per Syriam ad Lycaoniam navigavit. Lycaones cum se Perseo opposuissent, primo Gorgonis auxilio devicti sunt. Ibi urbem Perseus condidit ac de suo nomine Persidem appellavit. Extra urbem statuam posuit, atque ab eo simulacro Iconium nominavit. Inde Isauriam et Ciliciam peragrans, accepto oraculo ut quo loco de equo descendens in planta pedis dolorem sentiret, ibi victoriam obtineret atque urbem ædificaret, Tarsum, a planta pedis dictam urbem, condidit. Ac contra Assyrios profectus eos superavit, Sardanapalope cum sua gente necato Assyrios prorsus subegit, regnoque iis adempto, Persas de suo nomine appellavit, regnumque in 41 eos per 53 annos obtinuit. Idem arborem quoque a se Persicam dictam per omnem suam ditionem plantavit; fœloque Medusæ scypho de Persis quos maxime diligebat, arcanis magicis sacris initians, Medos eos et terram eorum Mediam nominavit. Inde ad Silphium montem profectus Jonitas, qui ab Argis eo concesserant, ibi reperit, ab iisque, ut ejusdem stirpis, est acceptus. Ibi cum ingens tempestas imbres effudisset, ac Orontes fluvius qui Iopolin alluit supra modum exundaret, Perseo precato fulmen veluti globus ignis subito delatum est; itaque et inhibita tempestas fuit, et fluvius suo se alveo conclusit. Ex eo igne Perseus ignem accendit, secumque tulit; et in suam regiam apportans ædem igni exstruxit, sacerdotioque pios viros præfecit. Idemque et Iopoli et in tota sua ditione instituit; mandatoque ut de cœlo delatus deus ignis coleretur, ignis colendi ritum docuit, magorum nomine sacerdotibus ignis affectis. Porro bellum Perseo Cepheus Andromedæ

A Ὁ μέντοι Ζεὺς πρὸς ταῖς ἄλλαις καὶ τοῦ ἐξ Ἀργείων καταγομένου Ἀκρισίου θυγατέρα Δανάην, εὐπρεπῆ πάνυ οὖσαν καὶ ἐν κουβουκλείῳ πρὸς θάλασσαν φυλαττομένην, πολλῷ χρυσῷ τοὺς τηροῦντας πείσας καὶ ταύτην ἁρπάσας καὶ φθείρας ἔσχεν ἐξ αὐτῆς παῖδα Περσέα ὀνόματι. Ἔνθεν οἱ μυθολόγοι τὸν Δία φασὶ χρυσὸν γενόμενον ῥυῆναι διὰ τοῦ στέγους εἰς τὸν θάλαμον καὶ Δανάην διαφθεῖραι. Τοῦτον τὸν Περσέα καὶ πτερωτὸν εἶναι ἔφασκον ὡς ὀξύτατον ὄντα παιδόθεν καὶ τῇ φύσει γοργότατον καὶ ἐντριχέστατον. Ὃ καὶ Ζεὺς ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὰς κρυφίους καὶ μυστικὰς καὶ μυσαρὰς πάσας μαγείας καὶ μαγγανίας ἐδίδαξε, νικᾷν τοὺς πολεμίους ἐν τούτοις παρεγγυῶν. Τοίνυν εἰς ἡλικίαν ἀνδρὸς ἐλθὼν φεύγει τοὺς υἱοὺς Νίνου τοῦ θείου αὐτοῦ, καὶ πρὸς Ἀσσυρίους ἔρχεται. Πρὸς δὲ Λιβύην διαβαίνοντι παρθένος B κόρη χωριτικὴ, ἀπηγριωμένους ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς τρίχας, κατὰ πρόσωπον συναντᾷ. Ἣν καὶ στήσας τὸ αὐτῆς ὄνομα ἠρώτα. Ἡ δὲ, « Μέδουσα, ἔφη, λέγομαι. » Καὶ αὐτίκα τὴν κάραν αὐτῆς ἀποτέμνει· καὶ ταύτην ταριχεύσας κατὰ τὰς ἀῤῥήτους καὶ μιαρὰς ὑποθήκας Διὸς τοῦ πατέρος αὐτοῦ, ταῖς χερσὶ κρατῶν καὶ ταῖς μαγείαις θαῤῥῶν κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐχώρει. Γοργόνα δὲ τὴν κάραν ἐκάλει διὰ τὸ τῆς γοητείας ἐνερκὲς καὶ ὀξύ. Ἐκεῖθεν πρὸς Αἰθιοπίαν διαβὰς ὑπὸ Κηφέως τότε βασιλευομένην, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἀνδρομέδαν καλουμένην καὶ ἱέρειαν οὖσαν ἁρπάσας, κατέπλευσε διὰ Συρίας πρὸς Λυκαονίαν. Οἱ δὲ Λυκάονες τούτῳ ἐναντιωθέντες τῇ τῆς Γοργόνος πρώτῃ βοηθείᾳ κατενικήθησαν. Ἐκεῖ καὶ πόλιν κτίσας Περσίδα τῷ ἰδίῳ κέκληκεν ὀνόματι. C Στήλην δὲ ἔξω τῆς πόλεως στήσας, καὶ τὸ ἀπεικόνισμα τῆς Γοργόνος ἐπιθεὶς, Εἰκόνιον ταύτην ἐπωνόμασεν. Ἐκεῖθεν ἐπὶ Ἰσαυρίαν καὶ Κιλικίαν διαβὰς, χρησμὸν λαβὼν ὅτι « Ἔνθα ἐκ τοῦ ἵππου ἀποβὰς τὸν ταρσὸν ὀδυνηθῇς τοῦ ποδὸς, νίκην λάβῃς καὶ πόλιν οἰκοδομήσῃς, » τὴν Ταρσὸν κτίζει καὶ κατὰ τῶν Ἀσσυρίων ὁρμᾷ, τούτους τε νικήσας καὶ τὸν Σαρδανάπαλον καὶ τοὺς τοῦ γένους αὐτοῦ ἀπεκτονοὼς εἰς τέλος αὐτοὺς ὑποτάσσει. Καὶ Ἀσσυρίων τὴν βασιλείαν ἀσφελόμενος ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Πέρσας αὐτοὺς ἐκάλεσε, βασιλεύσας ἐπ' αὐτοὺς ἔτη νγ'. Οὗτος καὶ τὴν καλουμένην Περσέαν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι εἰς πᾶσαν τὴν ὑποκειμένην αὐτῷ κατεφύτευσε γῆν, καὶ τὴν τοῦ μυσαροῦ σκύφου τῆς Μεδούσης οὓς ἠγάπα τῶν Περσῶν ἐν μυστηρίῳ μυσταγωγήσας μαγείοις Μήδους αὐτοὺς καὶ Μηδίαν τὴν χώραν αὐτῶν μετωνόμασεν. Εἶτα εἰς τὸ Σίλπιον ὄρος ἐλθὼν εὗρε τοὺς D ἀπὸ Ἄργου Ἰωνίτας ὑφ' ὧν καὶ ἐδέχθη ὡς ὁμόφυλος. [P 23] Χειμῶνος δὲ πολλοῦ πεσόντος καὶ τοῦ προσπαρακειμένου ποταμοῦ τοῖς Ἰωπολίναις Ὀρόντου καθ' ὑπερβολὴν πλημμυροῦντος, ἐπεὶ ηὔξατο, ἄφνω κεραυνὸς ὡς σφαῖρα πυρὸς οὐρανόθεν κατηνέχθη, καὶ οὕτως ὅ τε χειμὼν ἐπεσχέθη καὶ τὰ ῥεῖθρα τοῦ ποναμοῦ ἀνείθη. Καὶ γοῦν τοῦ πυρὸς ἐκείνου πῦρ ἀνάψας ὁ Περσεὺς εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ βαστάζων, εἵς τε τὰ ἴδια βασίλεια ἀγαγὼν καὶ ἱερὸν τοῦ πυρὸς κατασκευάσας καὶ ἱερεῖς εὐλαβεῖς ἄνδρας ἐπιστησάμενος· ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν Ἰωπόλει καὶ ἐν πάσῃ τῇ

ὑπ' αὐτὸν γῆ καὶ ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθέντα θεὸν σέβεσθαι τὸ πῦρ ἐκεῖνο θεσπίσας ἐδίδαξε πυρσολατρεῖν, μάγους τοὺς τοῦ πυρὸς ἱερεῖς καλέσας. Ἔρχεται οὖν πρὸς αὐτὸν ἐν πολέμῳ ὁ τῆς Ἀνδρομέδας πατὴρ ὁ Κηφεύς. Καὶ ἐπεὶ ὁ Περσεὺς ἐξελθὼν τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν ἐπεδείκνυε, Κηφεὺς δὲ ὑπὸ τοῦ γήρως ἀμβλυωπῶν, ὡς ἔφιππος κατ' αὐτοῦ ἐπέβαινεν ὁ Περσεύς, ἀγνοῶν ἀμβλυωπεῖν τὸν Κηφέα, ἐλογίσατο μὴ ἐνεργεῖν ἔτι ἣν κατεῖχε τῆς Γοργόνος κεφαλὴν, καὶ στρέψας ταυτην πρὸς ἑαυτὸν καὶ ἐμβλέψας ἀτενῶς παραυτὰ τυφλωθεὶς ἀνήρέθη. Καὶ λοιπὸν προβάλλεται ὑπὸ Κηφέως βασιλεὺς Περσῶν Μέρως ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας υἱος. Κηφεὺς δὲ τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν καύσας ἀνεχώρησεν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ.

A pater intulit. Cui cum infesto equo occurrens Perseus caput Gorgonis ostentasset, Cepheus autem propter senectam ætatem cæcutiret, nesciens Perseus Cepheum cæcutire, putavit caput Gorgonis quod prætendebat vires suas jam non exserere ; itaque sibi id obvertit, inque id oculis intentis intuitus, extemplo 42 excæcatus itaque interfectus est. A Cepheo proinde regno Persarum Meros, filius Persei et Andromedæ, præfectus est ; et ipse cremato Gorgonis capite in suam regionem rediit.

Ἀγήνορα δὲ (38) τὸν ἀπὸ Φοινίκης ὁ πατὴρ εἰς ἀναζήτησιν τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς Εὐρώπης ἀποστείλας, μαθὼν ὁ Κάδμος ὡς αὐτὴν σὺν Ταύρῳ τῷ ἁρπάσαντι ταύτην τῆς Κρήτης βασιλεύει, ὥρμησεν εἰς Βοιωτίαν καὶ αὐτοὺς ἀγνοοῦντας τὰ Φοινίκων γράμματα ἐδίδαξε, καὶ ἐβασίλευσεν ἐπ' αὐτοῖς ἔτη ξβ'. Καὶ γυναῖκα ἠγάγετο τὴν Ἁρμονίαν καλουμένην, ἥτις αὐτῷ ἐξ τίκτει θυγατέρας, Ἰνὼ, Ἀγαύην, Σεμέλην, Εὐρυνόμην, Κλεανθὼ καὶ Εὐρυδίκην. Αὗται ἐλέγοντο Καδμίδες. Οὗτος ὁ Κάδμος καὶ πόλιν τὴν μεγάλην τὴν Καδμείαν ἐκεῖ κτίζει. Ὃς καὶ τὸν Τειρεσίαν Βοιωτῶν ὄντα φιλόσοφον, τὸν αὐτομάτως φέρεσθαι τὰ πάντα καὶ ἀπρονόητον εἶναι τὸν κόσμον δογματίσαντα καὶ εἰς τὸ τοῦ Δαφναίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν διὰ ταῦτα ἐξόριστον γενόμενον, ἀνεκαλέσατο. Τοῦτον τὸν Τειρεσίαν μυθολογοῦσιν, ὡς ἰωρακότα Παλλάδα λουομένην, εἰς γυναικὸς αὐτίκα μεταβληθῆναι φύσιν, καὶ πολύπραγμονεῖν αὐτὴ πῶς γυνὴ μετὰ ἀνδρὸς συλλαμβάνει, καὶ πῶς ἡ μία φύσις τοῦ αἵματος εἰς ὀστᾶ καὶ φλέβας καὶ σάρκας καὶ τὰ λοιπὰ μερίζεται, καὶ βρέφος ξωογονούμενον τίκτεται, καὶ τοῦ Δημιουργοῦ τὴν σοφίαν μὴ δυνηθέντα καταλαβεῖν εἰς αὐτοματισμὸν ἐξολισθῆσαι· διὸ καὶ παίξοντες αὐτὸν εἰς γυναικῶν φύσιν ἔφρασαν μεταβληθῆναι. Οὗτος ὁ Κάδμος ὁ τῆς Βοιωτίας βασιλεὺς Ἀγαύην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἐχίονι δοὺς γυναῖκα εἰς Χίον ἀποστέλλει. Γεννᾶται οὖν ἐξ αὐτῆς ἀνὴρ φρόνιμος καὶ συνετὸς ὁ Πενθεύς· [P. 24.] ᾧ καὶ τὴν διοίκησιν τῆν βασιλείας ὕστερον παρεχώρησε Κάδμος, ὡς αὐτοῦ μετὰ Τειρεσίου ἐπὶ τὸ Κιθαιρώνειον ὄρος τὸν βίον διατελέσαντος. Τὴν δὲ Σεμέλην Πολυμήδων ὁ υἱὸς τοῦ Αἰθερίωνος γήμας, ἐκ τοῦ γένους ὢν τοῦ Διὸς, ἀπὸ Σεμέλης ἑπταμηνιαῖον γεννᾷ βρέφος διὰ τὸ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν ἐξαισίων τὴν μητέρα ἀποθανεῖν. Τοῦτο τὸ βρέφος εἰς Νυσίαν τὴν χηραν ὁ Κάδμος ἐκτραφῆναι ἔπεμψεν, ὃ καὶ Νύσειον ὠνομάσθη. Μυθολογοῦσι δὲ ὅτι τοῦτο ὁ Ζεὺς ἐν τῷ ἰδίῳ κόλπῳ ἐπὶ δευτέρῳ μηνὶ ἐφύλασσε, διότι μέρος ζωῆς ἔσχε πρὸς τοῦ Θεοῦ παρὰ τὸν ὡρισμένον χρόνον ἐκτρωθείς. Ἄλλοι δὲ τοῦτον ὡς ἐξ ἡλιακῶν εὐχῶν μυστικά τινα καὶ θαυμαστὰ δρῶντα καὶ ὡς περὶ ἀμπελικὴν γεωργίαν ἐκτιθάμενον ἀπεθέωσάν τε καὶ Διόνυσον μετεκάλεσαν, ὡς ἐκ γένους ὄντα Διός.

Agenorem autem a Phœnicia pater ad inquirendam filiam suam Europam cum misisset, Cadmus, cum eam intellexisset cum Tauro, a qua rapta fuerat, Cretæ regnare, in Bœotiam abiit, Bœotosque litterarum ignaros Phœnicias litteras docuit, regnumque apud eos per 62 annos obtinuit. Uxorem duxit Harmoniam, quæ ei sex filias peperit ; quarum nomina Ino, Agrave, Semele, Eurynome, Cleantho et Eurydice : hæ etiam Cadmides nominabantur. Is Cadmus etiam Cadmeam magnam urbem ibi condidit, et Tiresiam Bœotorum philosophum, qui quod omnia fortuito ferri nullaque mundum providentia gubernari docuisset, in Daphnei Apollinis templum relegatus fuerat, ab exsilio revocavit. Fabulantur hunc Tiresiam, cum lavantem Minervam vidisset, subito in mulierem conversum fuisse ; inque ea natura curiose exploravisse quomodo mulier ex viro concipiat, quomodo unica sanguinis natura in ossa, venas, carnes et cætera distribuantur, et quomodo fœtus vivus gignatur ; cumque sapientiam Opificis assequi cogitando nequiret, eo prolapsum ut omnia fortuito fieri diceret. Itaque joco dictum est eum in mulieris naturam transivisse. Is Cadmus Bœotiæ rex Agaven filiam suam Echioni in matrimonium dedit, ac in 43 Chium amandavii. Peperit hæc virum prudentem ac ingeniosum, nomine Pentheum ; cui postea temporis Cadmus regni administrationem commisit, cum ipse cum Tiresia statuisset in Cithærone monte vitam finire. Semelen Polymedon Ætherionis filiam duxit, ex gente Jovis ; atque ex ea prolem septimestrem sustulit, matre fulguribus et tonitribus insolitis necata. Cadmus infantem in Nysiam regionem, quæ et Nyseium dicitur, alendam misit. Fabulantur infantem a Jove in sinu suo duos reliquos menses asservatum fuisse ; quod scilicet a Deo partem quamdam vitæ habuit, abortu ante legitimum tempus editus. Alii hunc, quod ex solaribus precibus mystica quædam et miraculosa faceret et vitis cultum docuisset, in deos retulerunt ac Dionysium nominarunt, ut Jovis stirpe ortum. Dionysium hunc ferunt ad Persas venisse, ac mirabiles quasdam imaginationes operum ac

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(38) Locus perspicue corruptus, fabula vel ex Ovidio nota. Xyl.

bellorum apud eos ostentasse. Secundum hæc cum magna hominum turba adversus Pentheum venit : viros a saltando Scirtos, mulieres Bacchas appellavit. Cum autem Beotiæ regnum sibi vindicaret, bello cum Pentheo congressus succubuit. Captum ex vinculis liberavit Agave matertera, Penthei mater. Inde per insidias Pentheum necavit, cumque Beoti eum regno non dignarentur, Delphos profectus mortuus ac sepultus est. Cadmo in regno Beotiæ successit Nycteus. 44 Cum hujus filia Antiopa, sacerdote Solis, Theobœus Bratonis filius a Jove genus ducens ac frater Nyctei, corpus miscuit, indeque geminos ea est enixa, Amphionem et Zethum ; qui jussu fratris expositi sunt prope montem Cithæronem. Sed quidam rusticus Ordio nomine, cum prole carerit, sustulit eos atque educavit. Cum autem Antiopa apud Dircen asservaretur, ut propter flagitium commissum suo tempore pœnas lueret, cum in Argivorum regione bellum exstitisset ibique Lycus moraretur, Dirce Nycteum blande sollicitavit de liberanda Antiopa. Is vero tauro eam potius fero alligandam itaque necandam profanatæ virginitatis causa imperavit. Hoc cum inaudivissent Amphion et Zethus, ab eo qui ipsos educaverat edocti Antiopiæ se esse filios, cum manu rusticorum irruerunt, necatisque militibus, Dircen tauro alligatam interfecerunt. Ipsi cum matre Antiopa in Bœotiam profecti, cum jam Nycteus vita decessisset, ita musici Amphion et Zethus Bœotis multos per annos regia potestate imperaverunt. Hi magnam urbem condiderunt, et a patris Theobœi nomine Thebas nuncuparunt. Euripides more poetarum fabulam narrans, Jovem ait sumpta satyri figura Antiopæ vitium obtulisse : eo ex concubitu natos Amphionem et Zethum musicos. Hoc eum ideo dixisse putant, quod Theobœus a Pico, qui idem Jupiter fuit, descenderit per animæ in alia post alia corpora commigrationem. Nam Bœotorum sermone Satyrus animæ in aliud vilius corpus migrationem 45 significat. Post hos musicos, ii qui ex eorum stirpe procreati sunt in Thebanos regnum obtinuerunt usque ad Œdipum, Jocastæ et Laii filium. Etenim Laius rex Thebanorum primum ex Jocasta uxore filium Jocam sustulerat ; de quo cum oraculo monitus esset, fore ut is cum propria matre concumberet, ligneis compedibus impeditum in montanis abjecit, ut ibi periret. At rusticus quidam, Melibius nomine, eum sublatum educavit, Œdipumque appellavit a tumore pedum quem in compedibus contraxerat. Secundum hæc mulier quædam indigena nomine Sphinx, deformis ac mammosa, cum agrestium manu verticem quemdam obsedit, ad quem nonnisi uno eoque angustissimo aditu poterat penetrari, ac latrocinando ea pergentes interfecit, eorumque facultates deprædata est. Id latrocinium res Thebanorum in arcum redegit, cum neque exercitus neque ipse rex Laius monte ita inaccesso et natura loci munito quidquam adversus eam posset.

A Τοῦτον εἰς Πέρσας φασὶν ἀπελθεῖν, καὶ φαντασίας τινὰς θαυμασίων ἔργων καὶ πολέμων ἐν αὐτοῖς ἐπιδείξασθαι. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ Πενθέα σὺν ὄχλῳ βαρεῖ ἔρχεται, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας σκιρτοὺς ἐκάλεσε διὰ τὸ ἄλλεσθαι καὶ πηδᾶν, τὰς δὲ γυναῖκας βάκχας. Τήν τε τῶν Βοιωτῶν βασιλείαν σφετεριζόμενος μετὰ Πενθέως πόλεμον συμβαλὼν χειροῦνται, ὑπὸ δὲ Ἀγαύης τῆς Πενθέως μητρὸς ὡς θείας οὔσης Διονύσου λυτροῦται τῶν δεσμῶν. Μετὰ τοῦτα ἐνεδρεύσας ἀποκτείνει Πενθέα. Τῶν δὲ Βοιωτῶν αὐτὸν βασιλέα μὴ παραδεχομένων εἰς Δελφοὺς ἀπέρχεται καὶ θανὼν θάπτεται. Μετὰ Κάδμον ἐβασίλευσε τῆς Βοιωτίας Νυκτεύς. Τούτου τὴν θυγατέρα Ἀντιόπην, ἱέρειαν οὖσαν τοῦ Ἡλίου, Θεόβοιος ὁ υἱὸς Βράτωνος, ἐκ τοῦ γένους τοῦ Διὸς καταγόμενος, ἀδελφὸς δὲ τοῦ B Νυκτέως, μιγεὶς γεννᾷ δίδυμα, Ἀμφίωνά τε καὶ Ζῆθον, οὓς τῇ κελεύσει τοῦ ἀδελφοῦ ῥίπτουσι πλησίον τοῦ Κιθαιρωνείου ὄρους. Ὀρδίων δέ τις γεωργὸς ἅπαις ὢν ἀνελάβετο καὶ ἀνεθρέψατο αὐτά. Τῆς δὲ Ἀντιόπης παρὰ τῇ Δίρκῃ φυλαττομένης ἐπὶ τὸ τιμωρηθῆναι διὰ τὸ παρανομῆσαι, ἐπεὶ πόλεμος ἐν τῇ Ἀργείων ἐκινήθη χώρᾳ, τοῦ Λύκου χρονίζοντος ἐκεῖσε, ἡ Δίρκη τὸν Νυκτέα θωπευτικῶς ἠρώτα ἀπολῦσαι Ἀντιόπην. Ὁ δὲ μᾶλλον προσέταξε ταύρῳ ἀγρίῳ ταύτην προσδεθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, ὡς τὴν παρθενίαν βεβηλώσασαν. Ἀκούσαντες δὲ τοῦτο Ζήθος καὶ Ἀμφίων, καὶ παρὰ τοῦ ἀναθρεψαμένου τούτους μαθόντες ὡς αὕτη ἐστὶν ἡ μήτηρ αὐτῶν Ἀντιόπη, ἅμα πλείοσιν ἀγροίκοις ἐπεισπεσόντες τοὺς μὲν στρατιώτας κατακτείνουσι, Δίρκην δὲ τῷ ταύρῳ C προσδεσμοῦσι καὶ φονεύουσι. Σὺν τῇ μητρὶ δὲ Ἀντιόπῃ εἰς τὴν Βοιωτίαν ἐλθόντες, ἐπεὶ ὁ Νυκτεὺς τέθνηκεν, οἱ μουσικοὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων τῶν Βοιωτῶν ἔτη πολλὰ βασιλεύουσι. Κτίζουσι δὲ πόλιν μεγάλην εἰς ὄνομα [P. 25] τοῦ πατέρος, ἣν καὶ [ἀπὸ] Θεοβοίου Θήβας ὠνόμασαν. Ὁ μὲν Εὐριπίδης τῷ ἔθει τῶν ποιητῶν μυθολογῶν τὸν Δία φησὶν εἰς Σάτυρον μεθαβληθέντα τὴν Ἀντιόπην φθεῖραι, ἐξ ἧς Ἀμφίων καὶ Ζῆθος οἱ μουσικοί. Τοῦτο δὲ, φασὶν, εἶπεν ὡς καταχθέντος Θεοβοίου ἐκ τοῦ Πίκου τοῦ καὶ Ζηνὸς κατὰ μετεμψυχώσεως μετάστασιν· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ Σάτυρος ὄνομα κατὰ τὴν τῶν Βοιωτῶν γλῶσσαν, τὸ εἰς ἄλλο σῶμα χωρήσειν εὐτελέστερον. Μετὰ τούτους τοὺς μουσικοὺς οἱ ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν ἐβασίλευον Θηβαίων ἕως Οἰδίποδος υἱοῦ Ἰοκάστης καὶ Λαΐου. Οὗτος γὰρ ὁ Λάϊος βασιλεὺς ὢν Θηβαίων D μετὰ Ἰοκάστης ἔσχεν υἱὸν πρῶτον Ἰοκᾶν· χρησμὸν δὲ λαβὼν περὶ αὐτοῦ ὡς τῇ ἰδίᾳ μητρὶ συναφθήσεται, ἐν ξύλῳ τοὺς πόδας καθηλώσας, ὃ δὴ καὶ κοῦσπος λέγεται, εἰς ἀπώλειαν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἔῤῥιψεν. Ἄγροικος δέ τις ὀνόματι Μελίβιος τοῦτον εὑρὼν ἀνεθρέψατο, Οἰδίποδα μετονομάσας διὰ τὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐν τῷ ξύλῳ διῳδηκότας ὀγκωθῆναι. Μετὰ ταῦτα γυνή τις ὀνόματι Σφίγξ, δυσειδὴς, κατάμαστος, χωριτικὴ, μετὰ πλήθους ἀγροίκων εἰς κορυφὴν μίαν μόνην εἴσοδον καὶ ταύτην στενωτάτην ἔχουσαν καθίσασα, λῃστρικῶς τοὺς παράγοντας δι' ἐκείνης ἀνῄρει καὶ τὰς αὐτῶν ὑπάρξεις ἁρπαγεῖτο, ὡς ἀποστενοῦσθαι τὰς Θήβας δι' αὐτῆς μήτε στρατοῦ, μήτ' αὐτοῦ

τοῦ βασιλέως Λαΐου ἰσχύοντος κατ' αὐτῆς διὰ τὸ δύσβατον τοῦ ὄρους καὶ ὀχυρόν. Ταῦτ' οὖν Οἰδίπους ἀκούσας σοφόν τι καὶ γενναῖον ποιεῖ· καὶ ὀλίγους ἐπιλεξάμενος καὶ τὴν Σφίγγα ἐλθὼν ἠτεῖτο σὺν αὐτῇ εἶναι καὶ συλληστρεύειν αὐτῇ. Ἡ δὲ τῇ ὥρᾳ καὶ γενναιότητι τούτου τερφθεῖσα αὐτὸν εἰσδέχεται. Ὁ δὲ καιρὸν ἐσχηκὼς αὐτὴν μὲν λόγχῃ ἀναιρεῖ καὶ πολλοὺς τῶν μετ' αὐτῆς· λαβὼν δὲ καὶ τὸ σῶμα καὶ ὅσα χρήματα εὗρε πρὸς Λάϊον εἰς Θήβας ἤνεγκε, μισθὸν τῆς ἀνδραγαθίας κομιούμενος. Θηβαῖοι δὲ τοῦτον ὡς βασιλέα ἀνύμνουν. Ἀλλ' οὐκ ἤρεσε ταῦτα τῷ Λαΐῳ, ἀλλὰ στρατὸν ἐφοπλίσας κατ' αὐτοῦ ἐξῆει, καὶ πληγεὶς τελευτᾷ. Ἡ τοίνυν Ἰοκάστη τῆς βασιλείας ἐκπεσεῖν οὐ θέλουσα, καὶ ὡς υἱὸς αὐτῆς ἐστιν ὁ Οἰδίπους οὐκ εἰδυῖα, ἅμα δὲ καὶ πρὸς θεραπείαν τῆς πόλεως σπουδάζουσα, προσκαλεῖται τοῦτον· ἐξ οὗ καὶ ποιεῖ δύο υἱοὺς, τὸν Ἐτεοκλέα καὶ τὸν Πολυνείκην, καὶ θυγατέρας δύο, Ἰσμήνην καὶ Ἀντιγόνην. Καὶ οὕτως ἐπὶ ἔτη ιθ' τῶν Θηβῶν ἐβασίλευσαν, ἀγνοοῦντες ἑαυτούς. Μετὰ ταῦτα τῆς Ἰοκάστης τὴν πατρίδα καὶ τὸ γένος πυθομένης, ἐπεὶ Μελίβιος αὐτὸν ἀνεθρέψατο ἤκουσε, παρ' αὐτοῦ τε ἔμαθε τὸν τρόπον τῆς αὐτοῦ ἀνευρέσεως [P. 26] καὶ βεβαιωθεῖσα ἀνεβόησε. Οἰδίπους δὲ πληροφορηθεὶς ὡς καὶ μήτηρ Ἰοκάστη καὶ γυνὴ τυγχάνει, τοῖς μὲν υἱοῖς Ἐτεοκλεῖ καὶ Πολανείκει ἐνιαυτὸν παρ' ἐνιαυτὸν βασιλεύειν ἐκέλευσε τῶν Θηβῶν, αὐτὸς δὲ παραυτὰ δύο ἥλους κατὰ τῶν ἰδίων ἐμπήξας ὀφθαλμῶν τελευτᾷ. Οἱ δὲ υἱοὶ αὐτοῦ ἑκάτερος τῆς βασιλείας ἀντιποιούμενοι εἰς πόλεμον ἦλθον μονομαχήσαντες, καὶ ὑπ' ἀλλήλοιν ἄμφω κατελύθησαν. Καὶ οὕτως ἡ τῶν Θηβῶν ἤτοι Βοιωτῶν κατελύθη βασιλεία, διαρκέσασα ἔτη τριακοσια ἑξηκονταεννέα.

A Œdipus vero re audita prudens ac generosum facinus aggredi, cum paucis quos sibi socios asciverat, ad Sphingem se conferre, ejus consuetudinem et latrocinandi societatem expetere. Forma et generositas quam præ se ferebat, ut reciperetur a muliere iis rebus capta impetrarunt. At vero Œdipus capta occasione ipsum lancea transadigere, multos qui Sphingi prædandi socii fuerant trucidare ; cadaver ejus,ac quas ibi repererat opes ad Laium Thebas afferre,ab eo virtutis suæ ac ei bene gestæ præmium sperare. Ac Thebani 46 quidem eum regiis laudibus ac titulis celebrabant. Laio id adeo displicuit ut adversus eum cum armato exercitu exiverit : commisso autem prælio ictus periit. Proinde Jocasta cum excidere regno nollet et Œdipum filium suum esse ignoraret, simul ut civibus rem gratam faceret, conjugem sibi Œdipum ascivit, atque ex eo duos filios, Eteoclem ae Polynicem,totidemque filias Ismenam et Antigonam peperit.Ita per 19 annos regnum in Thebanos gesserunt,alter alterum ignorantes. His exactis Jocasta, cum Œdipi genus et patriam inquireret,ex Melibio quem educatorem fuisse Œdipi acceperat intellexit quomodo is Œdipum reperisset ; cunfirmataque jam apud animum rei sicut habebat opinione exclamavit. At enim Œdipus certior factus Jocastam conjugem eamdem matrem suam esse, filiis Eteocli et Polynici regnum Thebanum alternis annis habendum mandavit, ipse illico duobus clavis in duos suos oculos defixis obiit. Filii, cum uterque regnum ad se traberet, bellum moverunt : in quo singulari pugna congressi mutuis ambo vulneribus occubuerunt. Is regni Thebani seu Bœotorum finis fuit, cum id 369 annos durasset.

B

C

Ἀναγκαῖον οὖν ἐστι λοιπὸν ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸ προκείμενον. Καταλήξαντες δὲ ἐπὶ τὴν ἐκ Φαλὲκ τοῦ Ῥαγὰβ γέννησιν, ἀρξώμεθα ἀπ' αὐτοῦ.

Porro autem necesse est nos ad institutum nostrum reverti. Ac quoniam in Ragabi Phaleco progeniti mentione substiteramus, rursum ab eodem Ragabo ordiemur.

Ῥαγὰβ γενόμενος ἑκατὸν τριακονταδύο ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Σερούχ. Ἐπὶ τούτου οἱ ἄνθρωποι τὸν κατ' ἀλλήλων αὐξήσαντες τῦφον στρατηγούς τε ἑαυτοῖς κατεστήσαντο καὶ βασιλεῖς. Καὶ τότε πρώτως πολεμικὰ κατασκευάσαντες ὄργανα πολεμεῖν ἀλλήλοις ἐνήρξαντο. Καὶ εὐθὺς οἱ ἀπὸ Χαναὰν ἡττῶνται καὶ πρῶτοι τῆς δουλείας ὑποκύπτουσι τῷ ζυγῷ, κατὰ τὴν τοῦ Νῶε κατάραν.

D **47** Ragabus ergo annos natus 132 Seruchum genuit. Hujus ætate demum homines alter alteri fastu sese præferentes, imperatorum atque regum nomina sibi sumpserunt, ac tum primum arma bellica fabricati, bellum invicem facere cœperunt. Statim vero stirps Chanaanis succubuit,jugumque servitutis subiit,quemadmodum ei Noæ fuerat imprecatus.

Σεροὺχ γενόμενος ἑκατὸν τριάκοντα ἐτῶν ἐγέννησέ τὸν Ναχώρ. Ὤκει δὲ ὁ Σεροὺχ ἐν τῇ Χαλδαίων, ἐν πόλει Ὦρ. Αὐξηθέντα δὲ τὸν Ναχὼρ ἐδίδαξεν ὁ πατὴρ πάντων ἐπίλυσιν οἰωνῶν, τῶν τε ἐν οὐρανῷ σημείων διακρίσεις καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων, καὶ πᾶσαν Χαλδαϊκὴν μαντείαν. Ναχὼρ δὲ γενόμενος οθ' ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Θάρρα. Νίνου δὲ τοῦ πρώτου Βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων τεσσαρακοστὸν τρίτον ἄγοντος ἔτος τῆς βασιλείας γεννᾶται Ἀβραάμ. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους παρ' Αἰγυπτίοις ἐξκαιδεκάτη δυναστεία, καθ' ἣν ἐβασίλευον Θηβαῖοι. Θάρρα δὲ γενό-

Seruchus annos natus 130 Nachorem progenuit. Habitabat autem Seruchus in urbe Chaldæorum, cui Ur nomen. Is adultum Nachorem docuit omnium auguriorum,cœlestium terrestriumque ostentorum interpretationem,omnemque Chaldæorum divinationem. Nachor annos natus 79 Tharam genuit. Abrahamus natus est, cum Ninus primus Assyriorum rex annum sui regni 43 ageret.Eodem tempore apud Ægyptios decimus sextus rex agebat ; qua tempestate Thebani regnabant. Thara ergo annos natus 70 sustulit ex uxore sua Edna,quæ filia fuit

Abrahami, quem patruum Thara habuit, Abrahamum : ita enim eum mater de sui patris nomine appellavit, qui ante nepotis natales vita defunctus fuerat. Præterea etiam Thara Arumum et Nachorem procreavit. Abrahamus uxorem duxit Saram, sibi a patre conjunctam. Hic solus, omnibus ubique hominibus cultu simulacrorum in errorem abductis, verum Deum agnovit universique Opificem prædicavit, primusque altare frondibus palmarum et olearum **48** cinxit ; ac sub eo primum in sacra Scriptura angelus nominatur ; et ab ipso Ægyptii positum stellarum et effectionem numerumque scientiam didicerunt.

Annum ætatis vicesimum quartum agens Abrahamus agnitum universi Opificem adoravit. Angelus autem Dei docuit eum Hebraicum sermonem, sicuti idem angelus Mosi dixit, ut est in parva Genesi. Sed et Aramus uxore ducta Lotum genuit ac filiam Melcham, quæ Nachori nupsit.

Abrahamus jam sexagenarius, cum videret se suadendo patrem cæterosque domesticos a superstitioso simulacrorum cultu deducere non posse, noctu clam omnibus fanum simulacrorum incendit. Quæ cum conflagrarent, fratres re intellecta prosiluerunt, ut ex medio igne simulacra eriperent ; et Aramus cum eam rem majori conatu moliretur, in medio incendio periit. Hunc cum pater simulacrorum opifex in Ure Chaldeæ regionis urbe humasset, inde Charras Mesopotamiæ urbem commigravit. Eo loci Abrahamo, cum per quindecim annos in familia patris vixisset, nocte quadam subiit ex siderum motu insequentis temporis statum considerare, quippe non mediocriter omnem eam scientiam patris doctrina atque exercitatione tenenti. Ergo singulis de quibus quærebat consideratis, supervacaneam esse universam istam curiositatem deprehendit, **49** quod Deus pro sua voluntate omnia quæ divinatio prædixisset mutare posset. Itaque hæc et alias id genus res serio atque toto corde repudians, perfectamque Deum colendi pietatem demonstrans, ita est a Deo compellatus : « Egredere ex terra tua et gente tua et ex familia tua. » Itaque cum uxore Sara et fratris filio Loto in portionem progenitoris sui Arphaxadi commigravit, qua potiti tum Chananæi eam terram Chananæorum denominaverunt, annos natus 75, anno mundi 3387. Abrahamus ergo Sichemum ut venit, monitus oraculo, altare inter Bethelam et Angæam exstruxit. Inde Euphrate transmisso Hebræorum cognomentum cum suis invenit (nam a

A μενος ἐτῶν ὁ' ἐγέννησεν ἐκ γυναικὸς (39) Ἔδνας, θυγατρὸς Ἀβραὰμ πατραδέλφου αὐτοῦ, τὸν Ἀβραὰμ, ὄντινα ἡ μήτηρ ἐκάλεσεν ἐπ' ἀνόματι τοῦ ἑαυτῆς πατρός· ἔφθη γὰρ ἐκεῖνος πρὸ τῆς τουτου γενέσεως τετελευτηκέναι. Ἐγέννησε δὲ ἔτι ὁ Θάρρα τὸν Ἀρὰμ καὶ τὸν Ναχώρ. Ὁ δὲ Ἀβραὰμ λαμβάνει παρὰ τοῦ πατρὸς γυναῖκα τὴν Σάρραν. Οὗτος μόνος, τῶν ἁπανταχοῦ τὴν ἐπὶ τὰ εἴδωλα πλάνην νοσούντων, τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἐπέγνω καὶ Δημιουργὸν τῶν ὅλων ἀνεκήρυξε. Καὶ πρῶτος τὸ θυσιαστήριον κλάδοις φοινίκων καὶ ἐλαιῶν ἐκύκλου, καὶ ἐπὶ αὐτῷ πρώτως ὠνόμασται ἄγγελος ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ. Καὶ παρ' αὐτοῦ Αἰγύπτιοι τὴν τῶν ἀστέρων θέσιν καὶ ποίησιν καὶ τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην ἔμαθον.

Ὅτι τῷ κδ' ἔτει τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ὁ Ἀβραὰμ B ἐπιγνοὺς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν προσεκύνει. Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐδίδαξεν αὐτὸν τὴν Ἑβραΐδα γλῶσσαν, καθὼς αὐτὸς ὁ ἄγγελος τῷ Μωϋσῇ εἶπεν, ὡς [P. 27] ἐπὶ τῇ λεπτῇ κεῖται Γενέσει. Καὶ ὁ Ἀρὰμ δὲ ἀγόμενος γυναῖκα ἐγέννησε τὸν Λώτ, θυγατέρα δὲ Μελχάν. Ταύτην ὁ Ναχὼρ λαμβάνει γυναῖκα.

Ἤδη δὲ ἑξηκοστὸν ἔτος ἄγων ὁ Ἀβραὰμ, ὡς οὐκ ἐδόκει τὸν πατέρα πείθειν καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους τῆς περὶ τὰ εἴδωλα ἀποσχέσθαι δεισιδαιμονίας, λανθάνει νυκτὸς τῶν εἰδώλων ἐμπρήσας τὸν οἶκον. Αὐτῶν δὲ ἐξαναλουμένων οἱ ἀδελφοὶ νοήσαντες ἁρπαδῶσι, βουλόμενοι ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς ἐξελέσθαι τὰ εἴδωλα. Φιλοτιμότερον δὲ ὁ Ἀρὰμ τῷ πράγματι προσφερόμενος ἐν μέσῳ διαφθείρεται τοῦ πυρός. Καὶ θάψας αὐτὸν ὁ ἀγαλματοποιὸς πατὴρ ἐν Ὑρ τῇ πόλει Χαλδαίων μενανίσταται καὶ εἰς Χάρραν τῆς C Μεσοποταμίας ἔρχεται. Ἔνθα ὁ Ἀβραὰμ δεκαπέντε ἔτη νῷ πατρὶ συνοικήσας ἐννοεῖ ποτε νυκτὸς ἐκ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως τοῦ ἐπιόντος καιροῦ κατασκέψασθαι τὴν ποιότητα· ἦν γὰρ οὐ μετρίως ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἅπασαν τὴν τοιαύτην ἐξασκηθεὶς ἐπιστήμην. Καὶ δὴ μετὰ τὴν ἑκάστου τῶν ζητουμένων διάγνωσιν, συνίησι περιττὴν ἅπασαν εἶναι τὴν τοιαύτην περιεργίαν· δύνασθαι γὰρ αὖθις τὸν Θεὸν, εἰ βούλοιτο, μετασκευάσαι πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα τὰ προεγνωσμένα. Πᾶσιν οὖν τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐξ ὅλης ἀποταξάμενος ψυχῆς καὶ σπουδῆς, καὶ τελείαν τῆς περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείας δοὺς τὴν ἀπόδειξιν, ἀκούει παρὰ τοῦ Θεοῦ· « Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. » Καὶ ἐξελθὼν ἅμα τῇ γυναικὶ Σάρρᾳ καὶ Λὼτ τῷ D ἀδελφιδῷ μετοικίζεται εἰς τὴν Ἀρφαξὰδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μερίδα, ἣν οἱ Χαναναῖοι κατασχόντες γῆν Χαναναίων προσηγόρευσαν, ὧν ἐτῶν οε' τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος τρισχιλιοστὸν τριακοσιοστὸν ὀγδοηκοστὸν ἕβδομον. Ἐλθὼν δὲ Ἀβραὰμ εἰς Συχὲμ κατὰ θεῖον

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(39) In nostro codice scribitur θυγατρός, et annotatur supernæ γυναικός ; quod secutus sum, contextu approbante.

Nachor Abramus
|
Tharas——Edna

Abrahamus Tharæ et patruus et socer.

Abramus, quid deinde Abrahamus ; quam diversitatem vel Cedrenus vel librarius neglexit, diligenter a Mose annotatam. XYL.

μὸν ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον ἀνὰ μέσον Βαιθὴλ ἀγγαί. Διαπεράσας δὲ τὸν Εὐφράτην τὴν προσ- ίαν ἔλαβεν· Ἑβραῖοι γὰρ περᾶται λεγονται. Οἱ δὲ Ἔβερ λέγουσιν αὐτοὺς καλεῖσθαι Ἑβραίους. Καὶ πα' ἔτει αὐτοῦ, ἤτοι τῷ ζ' ἔτει (40) τῆς αὐτοῦ ικίας, κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον μετὰ Σάῤῥας.

ὐτοις τοῖς χρόνοις ἦκμασε Μελχισεδὲκ, παρθένος ς ἀγενεαλόγητος, ἐν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ προτυπῶν ἀναίμακτον θυσίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. δὲ ἦν ὁ Μελχισεδὲκ Σίδου βασιλέως, υἱοῦ Αι- ου, ὃς καὶ κτίζει Σιδῶνα πόλιν. Ἀπάτωρ δὲ καὶ ωρ καὶ ἀγενεαλόγητος λέγεται διὰ τὸ μὴ ἐξ αἵκῆς γενεᾶς κατάγεσθαι καὶ διὰ τὸ τοὺς γονεῖς ὁ πονηροὺς ὄντας μὴ ἀριθμεῖσθαι μετὰ ὁσίων, τι τῶν Χαναναίων ἀρχων τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐβα- ε· μελχὶ γὰρ βασιλεὺς ἑρμηνεύεται, σεδὶς δὲ οσύνη. Ἱερουσαλὴμ δὲ καὶ ἡ πόλις ὠνομάσθη, ἣν Ἰεβοῦς [P. 28]. λεγομένη διὰ τὸ Ἰεβουσαίους ἐν αὐτῇ. Τὸ γὰρ Ἰεβοῦς κατὰ τροπὴν τοῦ β εἰς εται Ἱεροῦ· τὸ δὲ σαλὴμ προστιθέμενον Ἱερου- μ ὄνομα ἀποτελεῖ. Σαλὴμ γὰρ εἰρήνην σημαίνει. ο δὲ ὠνομάσθη ἢ διὰ τὸ τὸν Μελχισεδὲκ ιερα- ν Θεῷ ἐν αὐτῇ, ἢ διὰ τὸ ἱερὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ τόπον. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου γέγονε· γὰρ ποταμοὶ ὁ τε Ἰὸρ καὶ ὁ Δὰν μιγνύμενοι καὶ οταμὸν ἀποτελοῦντες καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἡνω- Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ ἀλλοτρίου ἔθνους καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ κὰμ ὁ Μελχισεδὲκ κατάγεται, οὐκ ἐγράφη δὲ ἐγεννήθη καὶ ἀπὸ ποίου πατρὸς καὶ μητρὸς ἢ ἀπέθανε, δικαίως ἂν λέγοιτο μήτε ἀρχὴν ἡμε- μήτε ζωῆς τέλος ἔχειν αὐτόν· οὐ γὰρ ἠδύνατο γενεαλογηθῆναι, ἐκ τῶν παραλειφθέντων ἐθνῶν κατεγόμενος.

ὁ δὲ πς' ἔτει τοῦ Ἀβραὰμ ἔτεκεν Ἄγαρ τὸν ηλ· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος γτιζη'. Καὶ πῦρ κατὰ Ἰενταπόλεως ὑετίζει Θεὸς, καὶ ἀναλίσκει μὲν ἐξ ; ἅπαν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, διαφθείρει δὲ ὑτὸ τὸ ἀνάστημα τῆς γῆς, καὶ τῆς προκειμένης σης νεκροῦται τὰ ὕδατα. Μετὰ ταῦτα τῆς κατὰ ῥῆ δρυὸς ἀπαναστὰς ὁ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸ φρέαρ σκηνοῖ τοῦ ὅρκου. Ἑαυτῷ δὲ ἰδίᾳ καὶ τοῖς οἰκέ- αὐτοῦ κατὰ συγγενείας πηξάμενος σκηνὰς, τότε ον Ἀβραὰμ τῆς σκηνοπηγίας ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέ- ἐπιτελεῖ τὴν ἑορτὴν, ἣν εἰσέτι καὶ νῦν ὁ Ἰου- ; ἑορτάζει σκηνοπηγῶν. Ἐκ γοῦν τοῦ Ἰσμαὴλ ηλῖται οἱ Σαρακηνοὶ ὀνομάζονται. Σαρακηνοὺς ἑαυτοὺς μετωνόμασαν, ἐπαξιοῦντες καλεῖσθαι ικῶς Ἀγαρηνοί· οἱ δέ φασιν ὅτι Σάῤῥα τὴν ρ κενὴν ἐξαπέστειλε κληρονομίας. Παροικήσας Γεράροις (41), τὴν νῦν Ἀσκάλωνα λεγομένην, τὴν τῆς Σάῤῥας τελευτὴν ἔλαβε τὴν Χεττοῦραν ναῖκα, ἐν τῷ γήρᾳ αὐτοῦ· ἀφ' ἧς ἔσχεν υἱοὺς πέντε, ι ὁ Λὼτ χωρισθεὶς τοῦ Ἀβραὰμ κατῴκησεν όδομα δι' ἀρετὴν καὶ κάλλος τῆς γῆς, ἐχούσης ε πόλεις, Σόδομα, Γόμορρα, Ἄδαμα, Σεβοΐν καὶ

A transeundo Hebræi dicuntur), quanquam ad Hebero alii id nomen deductum sentiant. Anno ætatis suæ 81 seu peregrinationis septimo, in Ægyptum cum Sara descendit.

Floruit eo tempore Melchisedecus, cælebs, sacerdos et ignotæ stirpis, qui incruentam victimam Christi Dei nostri pane et vino jam tum repræsentabat. Sane is filius fuit Sidæ regis, filii Ægypti, qui Sidonem exstruxit; sed patre ac matre carere incertæque stirpis dicitur, quod genus suum a Judæis non duxit, et quia parentes ejus, homines mali, cum piis non recensentur; tum quod Chananæis imperans Jerusalem regno tenebat: melchi enim regem, sedec justitiam significat Jerusalem urbis nomen est, cum 50 ante B Jebus appellaretur ab incolentibus eam Jebusæis. Nam B in R mutato ex Jebu fit Jeru; cui additum salem Jerusalem absolvit. Est autem salem pax; idque nomen loco obtigit, vel quod Melchisedecus Deo ibi sacrificabat, vel quod ibi fanum Dei erat. Eodem modo Jordani nomen est factum: duo enim amnes Ior et Dan confluentes unumque fluvium reddentes nomen, quoque ei suis in unum compositis dederunt. Quoniam vero Melchisedecus non Abrahami, sed aliena familia ortus fuit, neque scriptum est quando, quo patre, qua matre natus, aut quando mortuus sit, recte dici possit eum neque initium dierum neque finem vitæ habere, cum ex non commemoratis gentibus orti genus recenseri nequiverit.

C Anno Abrahami 86, mundi 3398, Agar Ismaelum peperit. Tunc igneum imbrem Pentapoli Deus immisit, universoque ibi deleto hominum genere ipsas etiam urbes sola complanavit, ac maris vicini aquas enecavit. Inde a quercu quæ ad Mambrem erat digressus Abrahamus ad puteum jurisjurandi tabernaculum fixit; cumque seorsim sibi, seorsim servis per familias exstruxisset casas, tunc primum septem dies ob tabernacula fixa festos egit, quod adhuc Judæis est solemne. Ab Ismaelo Ismaelitæ dicuntur, iidemque Saraceni. Hoc nomen sibi sumpserunt, cum ab ancilla Agareni appellari indignarentur. Alii dicunt, quod Sara Agaram 51 absque ulla hæreditate amandaverit. Postea Abrahamus Geraris, quæ nunc Ascalon dicitur, inquilinum egit, et a morte Saræ Cheturam uxorem senex ducit, D ex qua filios habuit quinque, Zembriam, Iexanum, Madamum, Madiamum ac Iesbonem.

Ζεμβρίαν, Ἰεξὰν, Μαδὰμ, Μαδιὰμ, Ἰεσβών.

Lotus ab Abrahamo se cum separasset, Sodomam ob telluris præstantiam atque elegantiam incoluit; in qua urbes erant quinque, Sodoma,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

)) Nimirum inito, non completo, ut intelligagens annum 75 migrasse. Xyl.

) Gen. xx, antequam Isaacus nasceretur; de ura Gen. xxv. Mutilate hæc Cedrenus citat. In ine est esse ex Africano petita: incertum, hæcne an quæ sequuntur de Loto et mari Mortuo. Posterius puto verum esse; neque ejus miracula Cedrenum, sed Africanum sibi visa referre. Quod de fructu et fumo dicit, non assequor.

Gomorrha, Adama, Seboim et Segor, totidemque reges imperabant. His quinque regibus quatuor finitimi Syrorum reges bellum fecerunt, ductore Chodollogomore Ilami rege. Prælium commissum est apud Salsum mare, quod nunc Mortuum vocatur ; quo in mari permulta sunt admirabilia, quæ ipse spectavi. Nam neque animal ullum ea aqua profert, et cadavera sub aquas decidunt, vivus autem aliquis non facile corpus suum sub aquam mergere possit ; et lucernæ ardentes quidem innatant, exstinctæ autem submerguntur. Ibi bituminis sunt fontes. Fert etiam alumen ac salem modico ab aliis discrimine : nam et amara sunt, pellucida. Ubi vero fructus reperitur, nihil quidquam præter fumum præbet. Aqua sanitatem utentibus confert, prorsusque omnia eorum quæ aliis accidunt aquis contraria habet accidentia. Quod nisi is locus Jordanem pro nutrimento haberet, qui purpuræ instar perlabitur ac plurimum resistit, opinione etiam citius desiisset. Juxta balsamum uberrime provenit. Ob impietatem accolarum subversa a Deo ea loca existimant.

52 Isaaci vocabulum risum a voluptate profectum notat. Hebraica enim lingua id ei nomen factum est, propterea quod Sara audita divina prolis sibi in senectute futuræ promissione subriserat. Natus est Isaacus anno mundi 3413.

Eodem tempore in Creta Saturnum et Rheam regnasse Græci narrant. Qui vero ad Atlanticum Oceani sinum incolunt eos primum regem habuisse Cœlum, qui uxorem Titan habuerit unde Titanes appellati. Hunc ferunt accurate astrorum cursus observasse, ac multis quæ in mundo eventura erant prædixisse.

Abrahamus annum agens 85 fame oborta in Ægyptum descendit. Eodem anno Jupiter Saturni filius cum Junone Cretæ regnum tenuit. Tunc et Titanes bello Jovem tentarunt : et Bacchus, non Semeles ille filius, sed alius multo vetustior, vinum reperit, inque torcularibus (*Lenus* Græci vocant) expressit, unde ei Lenæi cognomen. Ita etiam Ceres frumentum fertur et hordeum invenisse. Hæc est quæ Isidis nomine ab Ægyptis colitur. Iisdem Bacchus est Osiris. Ea tempestate, ut fabulis perhibetur, Marsyas Phryx et Apollo cum eis incidisset de cithara contentio, ad Nysam, ubi Bacchus erat, accesserunt, atque ibi Marsya superato Apollo per iram pellem vivo detraxit, ruptisque fidibus inventum concentum **53** abolevit. Postea temporis aiunt Musas et Orpheum rursus inventam Lino tradidisse.

Tunc etiam Cœli filios floruisse traditum est, ex his Atlantem maxime celebrem fuisse, atque huic obtigisse loca quæ sunt ad Oceanum. Eumdem primum astrologiam accurate condidisse et de globo doctrinam protulisse ; quæ causa fuerit cur mundus Atlantis humeris gestari putaretur.

Scriptum est in parva Genesi Mastiphaten dæmoniorum principem ad Deum accessisse, ac dixisse : « Si te diligit Abrahamus, immolet tibi filium

A Σηγὼρ, καὶ τοσούτους βασιλεῖς. Τούτοις οἱ πλησιόχωροι τέσσαρες βασιλεῖς Σύρων ἐπολέμησαν, ὧν ἡγεῖτο Χοδολλογομὸρ βασιλεὺς ὁ Ἰλάμ. Συνέβαλον δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν ἁλικήν. Καὶ καλεῖται νῦν θάλασσα Νεκρὰ, πλεῖστα θαυμάσια ἔχουσα, ἃ ἐγὼ ἐθεασάμην. Ζῷόν τε γὰρ οὐδὲν ἐκεῖνο φέρει τὸ ὕδωρ, καὶ νεκρὰ μὲν σώματα ὑποβρύχια γίνεται, ζῶν δέ τις οὐδ' ἂν ῥᾳδίως βαπτίσαιτο. Καὶ λύχνοι μὲν καιόμενοι ἐπιφέρονται, σβεννύμενοι δὲ καταδύουσιν. Ἐνταῦθά εἰσιν αἱ τῆς ἀσφάλτου πηγαί. Φέρει δὲ στυπτηρίαν καὶ ἅλας ὀλίγον τι τῶν ἄλλων διαφέροντα πικρά τε γάρ εἰσι καὶ διαυγῆ. Ἔνθα δ' ἂν καρπὸς [P. 29] εὑρεθῇ, καπνοῦ πλέον εὑρίσκεται οὐδέν. Τὸ δὲ ὕδωρ ἰᾶται τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λήγει τε πάντι ὕδατι πάσχον τὰ ἐναντία. Εἰ δὲ μὴ Ἰορδάνην εἶχε

B ὁ τόπος τροφὴν ὡς πορφύραν διατρέχοντα καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντέχοντα, ἔλῃξεν ἄν θᾶττον ἢ φαίνεται. Ἔστι δὲ παρ' αὐτῇ πάμπολυ τὸ βαλσάμου φυτόν. Ὑπονοεῖται δὲ ἀνατετράφθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ διὰ τὴν τῶν περιοικούντων ἀσέβειαν.

Ὅτι ὁ Ἰσαὰκ γέλως μεθ' ἡδονῆς ἑρμηνεύεται· διὰ γὰρ τὸ ἐπιμειδιᾶσαι τὴν Σάῤῥαν τῇ θείᾳ τοῦ ἐν γήρᾳ τοκετοῦ ἐπαγγελίᾳ κέκληται οὕτω κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον. Γεννηθέντος Ἰσαὰκ ἔτος ἦν κόσμου γυιγ'.

Κατὰ τούτους δὲ τοὺς χρόνους ἐν οἷς Ἰσαὰκ ἐγεννήθη, ἐν Κρήτῃ ἄρξαι Κρόνον καὶ Ῥέαν Ἕλληνες ἱστοροῦσι. Τοῖς δὲ τὸν Ἀτλάντιον κόλπον οἰκοῦσι τοῦ ὠκεανοῦ πρῶτον Οὐρανὸν τοὔνομα βασιλεῦσαι, γήμαντα Τιτᾶν, ἀφ' οὗ Τιτᾶνας ὀνομασθῆναι. Τοῦτον λέγουσι

Θεοδόσιος μέντοι βασιλεὺς τῷ γένει μὲν Ἴβηρ ἦν τῶν Ἑσπερίων, εὐγενὴς δέ τις καὶ θαυμάσιος περὶ τοὺς πολέμους. Οὗτος εὐθὺ τοὺς ἐν Θρᾴκῃ Βαρβάρους κατὰ κράτος ἐνίκησεν, εὐσεβὴς ὢν καὶ ὀρθόδοξος. Οὗτος ἦν τὴν μὲν ἀναδρομὴν τοῦ σώματος σύμμετρος, ἄμεμπτος ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, ὑπέρυθρος τῷ προσώπῳ, ξανθὴν ἔχων τὴν τρίχα, τὴν ῥῖνα λεπτὴν καὶ ἐπίγρυπον, χαρίεις τὴν ὁμιλίαν, τὸν τρόπον δὲ χαριέστατος, ἔχων γυναῖκα ὀνόματι Πλακίλλαν, ἐξ ἧν ἔσχεν Ἀρκάδιον καὶ Ὀνώριον· ἧς τελευτησάσης Γάλλαν ἀδελφὴν Γρατιανοῦ ἔγημεν. Ἐν Θεσσαλονίκῃ δὲ ὢν, νόσῳ περιπεσὼν, βαπτίζεται ὑπὸ Ἀσχολίου τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ νόμον ὑπὲρ τῶν ὀρθοδόξων τοῦ ὁμοουσίου ἔγραψεν, ὃν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀπέστειλεν. Ἐλθὼν δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει Δημοφίλῳ ἐδήλωσεν ἢ ἀποστῆναι τῆς Ἀρείου πλάνης ἢ ταχέως τῆς Ἐκκλησίας ἐξελθεῖν. Ὁ δὲ τὸ πλῆθος τῶν Ἀρειανῶν συνάξας ἔξω τῆς πόλεως ἐκκλησίαζεν, ἔχων καὶ Λούκιον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον Ἀρειανὸν σὺν αὐτῷ. Καὶ οὕτω λοιπὸν ὁ θεῖος Γρηγόριος, μεθ' ὧν αὐτὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐφώτισε, τὰς ἐκκλησίας πάσας παρέλαβε, τεσσεράκοντα ἔτη καὶ μικρόν τι πρὸς κατασχόντων αὐτὰς τῶν Ἀρειανῶν.

A Theodosius imperator natione fuit Hispanus, nobilis et bello admirandus, pius et veræ religionis professor. Is statim Barbaros in Thracia magno prælio superavit. Statura fuit mediocri, a calce ac verticem usque inculpata: subrufus faciem, fulvo capillo, naso tenui et incurvo, gratiosus in colloquio, moribus venustissimis. Uxorem habuit Placillam, quæ eum Arcadio et Honorio patrem fecit. Ea mortua Gallam duxit, Gratiani sororem. Thessalonicæ degens cum in morbum incidisset, baptizatus est ab Ascholio episcopo. Legemque tulit pro orthodoxis de Filio Patris consubstantiali, eamque Cpolim misit. Ipse quoque eo cum venisset, Demophilum aut ab errore Arii desistere aut mox Ecclesia decedere jussit. Demophilus multitudine B Arianorum conducta conciones extra urbem habuit: eratque eum eo Lucius, Alexandriæ episcopus Arianus. Ita demum beatus Gregorius, et quos ille **553** veræ fidei doctrina illuminaverat, omnia templa receperunt, ab Arianis paulo amplius quadraginta annis occupata.

Τῷ ε' ἔτει Θεοδοσίου ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔτεκε γυνὴ ἐν ταυτῷ παιδία τέσσαρα ἀῤῥενικά· ἐπέζησε δὲ μῆνας δύο, καὶ ἀπέθανεν ἓν ἐνὶ τὰ τέσσαρα.

Quinto anno imperii Theodosiani quædam mulier Antiochiæ uno partu quatuor masculos edidit: supervixit menses duos. Infans unus post alium obiit.

[P. 316] Τῷ ς' ἔτει ἡ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία δευτέρα σύνοδος τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ὀρθοδόξων ἐπισκόπων ἐν Κωνσταντινουπόλει συνηθροίσθη πρὸς βεβαίωσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ δογματισθέντων καὶ κατὰ Μακεδονίου τοῦ Πνευματομάχου· ὑπῆρχον δὲ Τιμόθεος Ἀλεξανδρείας, Μελέτιος Ἀντιοχείας, C Κύριλλος Ἱεροσολύμων, καὶ Γρηγόριος ὁ Θεόλογος. Ἀναθεματίζεται δὲ Μακεδόνιος κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος βλασφημῶν, καὶ σὺν αὐτῷ Σαβέλλιος καὶ Ἀπολινάριος, ἔτι δὲ Ἄρειος καὶ Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας Εὐζώϊός τε καὶ Ἀκάκιος, Θέογνις καὶ Εὐφρόνιος καὶ οἱ λοιποὶ αἱρετικοί, Ἀπέχει δὲ ἡ δευτέρα σύνοδος ἀπὸ τῆς πρώτης ἔτη ξ'. Γρηγορίῳ δὲ τῷ Θεολόγῳ τὴν ἐπισκοπὴν Κωνσταντινουπόλεως ἡ σύνοδος ἐκύρωσεν ὡς πολλὰ καμόντι καὶ τῆς λώβης τῶν αἱρέσεων τὴν Ἐκκλησίαν ἐλευθερώσαντι. Τινὰς δὲ τῶν ἐξ Αἰγύπτου μαθὼν ὁ μακαριώτατος τῷ πράγματι φθονήσαντας, τὸν συντακτήριον ἐπιδειξάμενος λόγον (27) ἑκουσίως τοῦ θρόνου τῆς βασιλίδος ὑπεχώρησε, δύο χρόνους μόνον ταύτης ἐπισκοπήσας. Νεκτάριον ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ σύνοδος προχειρίζονται, D ἀβάπτιστον ἕως τότε τυγχάνοντα. Προσέθηκε δὲ τῷ συμβόλῳ καὶ νῦν θεολογίαν τοῦ Πνεύματος. Ἐξέθετο

Sexto anno magnum secundum sacrum œcumenicum concilium Cpoli celebratum est a 150 orthodoxis episcopis, ad confirmanda Nicæni synodi decreta ac contra Macedonium Spiritus sancti impugnatorem. Præfuerunt Timotheus Alexandriæ, Meletius Antiochiæ, Cyrillus Hierosolymorum episcopi, et Gregorius Theologus. Damnati sunt Macedonius, impie in Spiritum sanctum contumeliosus, cumque eo Sabellius, Apolinarius, Arius, Eusebius Nicomediæ episcopus, Euzonius, Acacius, Theognis, Euphronius et reliqui hæretici. Secunda synodus a prima abfuit annis sexaginta. Ea Gregorio Theologo episcopatum Cpolitanum decrevit ut qui multos labores pertulisset, Ecclesiamque hæreticorum labe expurgasset. Sed cum is videret quosdam Ægyptios rei invidia correptos, pronuntiata de constituenda concordia oratione, ultro se solio regiæ urbis abdicavit, cum biennium episcopatum ejus gessisset. Ejus in locum imperator et concilium Nectarium deligunt, nondum baptizatum. In concilium symbolo adjecit doctrinam de Spiritu sancto; **554** et canones edidit, in quibus sedi Cpolitanæ post solium Romanum primus locus assignatur. Tum

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(27) Orationem titulum hunc præferentem componendis episcoporum dissidiis a Gregorio Theologo pronuntiatam cum Xylandro plerique autumant, quam Billius *Observ. sacr.* 1, 22 ἀποταχτήριον potius censet, qua nimirum alios valere quis jubet. Ejus conjectura Damasceni maxime, sive auctoris opusculi *Quod mortui viventium beneficiis juventur*, verbis fulcitur, quibus damnati a justis separati θρηνεῖν τὸ συντακτήριον, *in ultima digressu lamentari*, et de futuro in æternum dissidio conqueri, perhibentur. Scribit quoque auctor inferius p. 255 συντακτήριον ἐκκλησιῶν, pro eo quod est discessum votis conceptis Deo commendare. Lexicon anonymum: Συντακτήριοι λόγοι οἱ ἐν ἐξόδοις ἐπὶ τῶν ἀρχόντων ἀποχαιρετισμοί, οἷος καὶ ὁ τοῦ μεγάλου Πατρὸς Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου συντακτήριος. Auctor Bardam Michaelis avunculum mari se commissurum refert συντακτήριον ἐπιπληρῶσαι, ante discessum videlicet *nuncupatis votis iter Deo commendasse*. GOAR.

etiam caput Joannis Baptistæ et corpus Pauli Confessoris Cpolin advecta sunt.

κεφαλὴ τοῦ Προδρόμου ἐν Κωνσταντινουπόλει ἦχθη, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ Ὁμολογητοῦ.

Anno 7 Theodosius Augustus Honorium, suum ex Placilla filium, consulem creavit, seque ad bellnm tyranno Maximo faciendum paravit.

Τῷ ζ' ἔτει τούτου Θεοδόσιος ὁ Αὔγουστος Ὀνώριον υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἐκ Πλακίλλης ὕπατον ἀνέδειξε καὶ πολεμεῖν τῷ τυράννῳ Μαξίμῳ ἡτοίμισε.

Anno 8 Emmaunte Palæstine pago infans natus est ab umbilico sursum dissectus in duo pectora duoque capita, et utraque pars sensu erat prædita. Edente altera aut bibente, altera abstinebat; una dormiente, altera vigilabat; aliquando inter se colludebant, flebant simul, alteram percutiebant. Vixerunt annos duos, et altera mortua, quatriduo post altera decessit.

Τῷ η' ἔτει ἐν Παλαιστίνῃ, ἐν κώμῃ Ἐμμαοῦς λεγομένῃ, παιδίον ἐγεννήθη τέλειον ἀπὸ ὀμφαλοῦ καὶ ἄνω διῃρημένον, ὃ εἶχε δύο στήθη, δύο κεφαλάς, καὶ ἕκαστον τὰς αἰσθήσεις εἶχε. Τὸ ἓν ἤσθιε καὶ ἔπινε, τὸ δὲ ἕτερον οὐχί· τὸ ἓν ἐκάθευδε, καὶ τὸ ἕτερον ἐγρηγόρει. Ἔστι δ' ὅτε καὶ συνέπαιζον πρὸς ἄλληλα, καὶ ἔκλαιον ἀμφότερα, καὶ ἔτυπτον ἄλληλα. Ἔζησαν δὲ ἔτη δύο, καὶ τὸ μὲν ἓν ἀπέθανε, τὸ δὲ ἕτερον μετὰ τεσσαρας ἡμέρας ἐτελεύτησεν.

Sextum annum (*a*) imperante Theodosio Magno, secundum sacrum œcumenicum concilium Cpoli actum est a 150 Patribus, Damaso tum Romæ papa. Præfuerunt Timotheus Alexandriæ, Meletius Antiochiæ, Cyrillus Hierosolymæ episcopi, et Gregorius theologos. Res gesta contra Macedonium, qui fuerat episcopus Cpolitanus, adhuc seperstitem. Is et Arii errorem sequebatur, et Spiritum sanctum negabat esse verum Deum, sed creaturam esse judicabat. Post exiguum tempus **555** Gregorius animadvertens quosdam Ægyptios dignitati suæ invidere, oratione de constituenda Ecclesia edita episcopatu se abdicavit, et ad suum in Cappadociam prædium rediit, ubi aliquantulum quiete refectus tumultibusque variis subductu, ac rerum divinarum contemplationi majori otio deditus, senex vitæque satur decessit. Vir fuit spiritu omnisque cognitionis et contemplationis plenus. Cæterum sanctum concilium damnavit Macedonium, cumque eo Sabellium Afrum, qui unam tantum Trinitatis personam asserebat; et Apolinarium Laodicensem, qui Verbum in homine mentis vacuo habitasse tradebat, ac loco mentis animæ Verbum fuisse. Pronuntiavit autem concilium Spiritum sanctum esse Deum vivificum, ejusdem cum Patre essentiæ ac eum Filio; addiditque symbolo de Spiritu sancto hæc verba: Dominum, vivificum, etc.

Τῷ ς' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου γέγονεν ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος τῶν ρν' ἁγίων Πατέρων, ἐπὶ Δαμάσου πάπα Ῥώμης, ἧς ἡγοῦντο Τιμόθεος Ἀλεξανδρείας, Μελέτιος Ἀντιοχείας, Κύριλλος Ἱεροσολύμων καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, κατὰ Μακεδονίου γεγονότος ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὃς ἔτι περιὼν ὡσαύτως τῷ Ἀρείῳ ἐβλασφήμει. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μὴ εἶναι Θεὸν ἀληθινόν, [P. 317] ἀλλὰ κτίσμα καὶ αὐτὸ ὑπελάμβανεν. Ὀλίγου δὲ καιροῦ παρῳχηκότος μαθὼν ὁ θεῖος Γρηγόριός τινας τῶν ἐξ Αἰγύπτου τῷ λόγῳ αὐτοῦ ἐφονήσαντας, τὸν συντακτήριον ἐπιδειξάμενος λόγος τῆς ἐπισκοπικῆς διοικήσεως ὑπανεχώρησε. Καὶ πρὸς τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ κτῆμα αὐτοῦ ἀπελθών, μικρόν τι ἡσυχάσας ἐν αὐτῷ καὶ τῶν πολλῶν ἠρεμήσας θορύβων καὶ ἐν μείζονι γενόμενος θεωρίᾳ τὸν βίον ὑπαλλάττει, πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμερῶν, τῶν τοῦ Πνεύματος ἁπάσης γνώσεως καὶ θεωρίας ἔμπλεως. Ἡ δὲ ἁγία σύνοδος Μακεδόνιον ἀναθεματίζει, σὺν αὐτῷ καὶ Σαβέλλιον τὸν Λίβυν ἕν πρόσωπον ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος δοξάζοντα, ἔτι δὴ καὶ Ἀπολινάριόν τὸν Λαοδικέα λέγοντα τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον ἄνθρωπον εἶναι, ἀντὶ δὲ νοὸς τὸν λόγον ἀρκεῖν τῇ ψυχῇ. Ἐκήρυξε δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ζωοποιὸν καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, προστεθεικυῖα εἰς τὸ ἅγιον σύμβολον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸ Κύριον, τὸ ζωοποιὸν καὶ τὰ ἑξῆς.

Eo tempore magnus ille Amphilochius ab imperatore contendit ut omnibus urbibus Arianos ejiceret. Sed cum rex id negaret ut cui crudelior illa petitio videretur, tacuit tum vir sapientissimus. Mon multo post autem cum in regiam venisset, imperatorem, uti par erat, honorifice salutans, filium patri regio habitu astantem inhonoratum præteriit. Imperator id oblivione factum credere, hortarique Amphilochium ut filio quoque qui regi debetur salutandi honorem exhiberet. Amphilochius dicere privatam ei salutationem satis esse. Cum indignaretur **556** imperator et filio illatam contumeliam ad se spectare diceret, Amphilochius alta voce: Viden, inquit, imperator, te non ferre ignominiam filio tuo factam? proinde Deum quoque

Τότε ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος ἐδυσώπει τὸν βασιλέα ἐξελαθῆναι τοὺς Ἀρειανοὺς ἐκ πασῶν τῶν πόλεων. Ὁ δὲ ἀπηνεστέραν ὑπολαβὼν τὴν αἴτησιν οὐχ ὑπήκουσε. Καὶ τότε μὲν ὁ σοφώτατος Ἀμφιλόχιος ἐσίγησε· μετ' οὐ πολὺ δὲ ἐντὸς τῶν βασιλείων γενόμενος τὸν μὲν βασιλέα ἠσπάσατο ὡς εἰκός, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ σὺν αὐτῷ ἑστῶτα βασιλικῶς ἀγέραστον κατέλιπε. Καὶ ὁ βασιλεὺς νομίσας ἐπιλησθῆναι τὸν Ἀμφιλόχιον, ἀσπάσασθαι καὶ τὸν υἱὸν βασιλικῶς προσέταξεν. Ὁ δὲ ἀποχρῆν ἔφη τὴν παρ' αὐτοῦ προσενεχθεῖσαν αὐτῷ ἰδιωτικῶς τιμήν. Ὃν ὁ βασιλεὺς χαλεπήνας οἰκείαν ἔλεγεν εἶναι τὴν τοῦ υἱοῦ ἀτιμίαν. Καὶ ὁ Ἀμφιλόχιος ἐξεβόησεν· Ὁρᾷς, ὦ βασιλεῦ, πῶς οὐ φέρεις τὴν τοῦ υἱοῦ ἀτιμίαν; Πίστευσον οὖν καὶ τὸν Θεὸν τοὺς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ βλασφημοῦντας

(*a*) Hæc jam modo dixerat (*col.* 601 *B*).

βδελύττεσθαί τε καὶ ἀποστρέφεσθαι. Τοῦτο ἀκούσας ὁ βασιλεὺς καὶ σφόδρα θαυμάσας νόμον ἔγραψεν εὐθὺς τὰς τῶν αἱρετικῶν συνάξεις κωλύοντα. Τούτῳ τῷ ἀγαθῷ φθονήσας ὁ μισόκαλος δαίμων ὠμόν τι καὶ ἀπάνθρωπον παρεσκεύασε γενέσθαι. Ἀπὸ γὰρ Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ Ῥώμην ὁ βασιλεὺς τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος ἐν Θεσσαλονίκῃ κατὰ πάροδον γέγονε, τῶν δὲ στρατιωτῶν αὐτοῦ ταραξάντων τὴν πόλιν διὰ μιτάτα (28), ἐστασίασαν οἱ Θεσσαλονικεῖς, καὶ τὸν μὲν βασιλέα ὕβρισαν, τινὰς δὲ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ ἐλιθοβόλησαν. Ὁ βασιλεὺς δὲ ταῦτα μαθὼν καὶ τὴν ῥύμην τοῦ θυμοῦ μὴ ἐνεγκὼν τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως ἐκείνης τὴν ψῆφον τῆς τιμωρίας ἐπέτρεψεν· ὃς τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν εἰληφὼς οἷα δὴ αὐτόνομος τύραννος ἄδικα ξίφη κατὰ πάντων ἐγύμνωσε, καὶ τοὺς ἀθώους μετὰ τῶν ὑπευθύνων κατέκτεινε χιλιάδας ἑπτά, ὡς δέ τινες, πεντεκαίδεκα. [P. 318] Ταύτην τὴν συμφορὰν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος ἀκηκοώς, Μεδιολάνων ἐπίσκοπος· πόλις δὲ τῆς Ἰταλίας αὕτη· εἰς ἣν ἀφικομένου τοῦ βασιλέως καὶ συνήθως εἰς τὸν ναὸν βουληθέντος εἰσελθεῖν ἔξωθεν τῶν προθύρων συναντήσας ὁ ἅγιος ἐκώλυσε τὴν εἴσοδον, λέγων αὐτῷ μετὰ παῤῥησίας· Οὐκ οἶδας, ὡς ἔοικε, βασιλεῦ, τῆς εἰργασμένης παρανομίας τὸ μέγεθος· οὐδὲ γὰρ ἐᾷ σε τῆς βασιλείας ἴσως ἡ δυναστεία τὴν ἁμαρτίαν ἐπιγνῶναι· ὑπὸ γὰρ τῆς ἁλουργίδος ἀπατώμενος ἀγνοεῖς τοῦ καλυπτομένου σώματος τὴν ἀσθένειαν. Ἀλλ' ἴσθι, ὡς φθαρτὸς ὢν καὶ ῥευστός, τοιοῦτόν σοι ὑπάρχει καὶ τὸ τῆς δυναστείας κράτος· μικρὸν δὲ ὕστερον λόγον ἀποδώσεις τῷ Βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων. Ποίοις οὖν ὀφθαλμοῖς ὄψει τὸν τοῦ κοινοῦ Δεσπότου ναόν; ποίοις δὲ ποσὶ τὸ δάπεδον ἐκεῖνο πατήσεις τὸ ἅγιον; Πῶς δὲ τὰς χεῖρας ἐκτενεῖς ἀποσταζούσας ἔτι τῶν ἀδίκων φόνων τὸ αἷμα; Πῶς δὲ καὶ τοιαύταις ὑποδέξῃ χερσὶ τὸ ἄχραντον τοῦ Δεσπότου σῶμα; Πῶς δὲ καὶ τῷ στόματι προσοίσεις τὸ τίμιον αἷμα, τοσοῦτον διὰ τὸν τοῦ θυμοῦ λόγον ἐκχέαντι παράνομον αἷμα; Λοιπὸν ἄπιθι, καὶ μὴ πειρῶ τοῖς δευτέροις τὴν πρώτην αὔξειν παρανομίαν, καὶ δέχου τὸν δεσμὸν, ᾧ θεὸς ἄνωθεν γίνεται σύμψηφος. Τούτοις οὖν εἴξας ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις ἐπανῆλθεν εἰς τὰ ἐκεῖσε βασίλεια, στένων καὶ δακρύων. Μηνῶν δὲ διελθόντων ὀκτὼ, καὶ τοῦ βασιλέως, μὴ ἐξελθόντος ἀλλὰ σφοδρῶς μετανοοῦντος, κατέλαβεν ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέθλιος ἑορτή. Καὶ θεασάμενος Ῥουφῖνος ὁ μάγιστρος ὅτι οὐδὲ τὴν συνήθη προέλευσιν βούλεται ποιῆσαι ὁ βασιλεὺς, λέγει αὐτῷ· Εἰ κελεύεις,

credere debes aversari et odisse eos qui Filio ejus impie obtrectant. Hoc audito imperator valde miratus statim legem fert, qua conventus hæreticorum prohibentur. Huic bono diabolus, omnis boni osor, invidens sævi atque inhumani facinoris auctor fuit. Nam cum imperator Cpoli Romam proficiscens eo itinere Thessalonicam divertisset, militesque urbem quibusdam rebus conturbassent, Thessalonicenses seditione facta imperatorem injuriis affecerunt et quosdam ejus præfectos lapidibus obruerunt. Imperator re inaudita, iræ impetum non sustinens, præfecto urbis ejus facinus id vindicandum commisit. Is tantum potentiæ adeptus, ut erat legibus solutus tyrannus, injustos gladios contra cives strinxit, insontesque una cum sontibus trucidavit, millia hominum 7 vel (ut alii tradunt) 15. Hanc cladem cum percepisset clarus ille Ambrosius, Mediolani (urbs ea est Italiæ) episcopus, imperatori, cum is Mediolanum venisset ac de more templum inire vellet, ante vestibulum obviam se dedit introituque prohibuit, libere dicens: Ignoras, ut apparet, imperator, perpetrati flagitii gravitatem; neque te fortassis imperii potestas sinit peccatum agnoscere. Nam a purpura deceptus corporis ea velati imbecillitatem nescis. Sic **557** habe: quemadmodum corpus tuum fluxum est atque caducum, tale etiam esse tui imperii robur, ac te paulo post factorum tuorum Regi regum rationem redditurum. Quibus vero oculis intueberis communis Domini templum? quibus pedibus sacrum illud solum calcabis? quomodo manus intendes etiamnum injustarum istarum cædium sanguinem stillantes? quomodo talibus manibus excipies inviolatum Domini corpus? quomodo venerandum sanguinem ori tuo admovebis, cujus sermone ab iræ furore profecto tantum sanguinis per nefas fudisti? Proinde abi hinc, neque conare priori flagitio novum addere, vel vinculum patere, quod Deus superne comprobat. His verbis cedens imperator in regiam ejus urbis recessit, gemens atque plorans. Mensibus inde octo elapsis, et rege in publicum non prodeunte, sed pœnitentia sese afflictante, feriæ natalitiæ Domini appetierunt. Ibi Rufinus magister, videns ne de more quidem proditurum, ita affatur: Si vis, domine, accurram ad episcopum, eique persuadebo ut te vinculo solvat. Novi, inquit imperator, Ambrosii præcisam justitiam. Tandem Rufinum multa locutum de re, ac pollicitum se solutionem impe-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(28) Δι' αἰτίας τινάς est apud Zonaram. Noster habet διὰ μιτάτα, quod quid sibi velit non assequor. Historiæ hæc est præter cæteros apud Theodoretum *Hist. eccles.* v. 17, apud Sozomenum VII. 24, Nicephorum XII. 40. Sed μιτάτα nullibi quadrant. Nisi certamen circense mitaton dixerit, a metis quibus id includeretur. XYL. — Ad metam hic allisus jacet Xylander, nescius decertationes aurigarum currus ad *metam agitantium* in Circensibus ludis vocari μιτάτα, easdemque Thessalonicensium seditioni ansam præbuisse, de qua Sozomenus VII. 25: Ἦν τῆς ἁμαρτίας πρόφασις τοιάδε· Βωτερίχου τότε τοῦ ἡγουμένου τῶν Ἰλλυριῶν στρατιωτῶν ἡνίοχος τὸν οἰνοχόον αἰσχρῶς ἰδὼν, ἐπείρασε, καὶ συλληφθεὶς ἐν φρουρᾷ ἦν. Ἐπισήμου δὲ ἱπποδρομίας ἐπιτελεῖσθαι μελλούσης, ὡς ἀναγκαῖον εἰς τὴν ἀγωνίαν ὁ Θεσσαλονικέων δῆμος ἐζήτει ἀφίεσθαι· ὡς δὲ οὐκ ἤνυεν, εἰς χαλεπὴν κατέστη στάσιν. Fateor tamen a *metationibus*, quibus inter proficiscendum castra morarentur, τὰ μιτάτα deduci. Legatur Pancirolus in *Notitiam imperii* c. LXV; et auctor ipse in Adriano voce hac iterum utens nonnisi secundo sensu usurpat. Theophanes etiam scribit populum ad seditionem motum διὰ τὰ μιτάτα τοῦ στρατοῦ, *propter castrorum metationes*. GOAR.

traturum, dimisit; ac non multo post ipse lactatus spe subsecutus hominem est. Ambrosius simul atque Rufinum conspexit: Æmularis, ait, canum impudentiam, Rufine, qui tam scelestæ **558** cædis socius ac suasor fuisti. Et quidem ego denuo imperatorum foribus templi prohibebo. Hæc audita celeriter Rufinus imperatori nuntiavit. Imperator media jam via confecta nuntium accipiens, Adibo, inquit, meritasque perferam contumelias. Ut in templum venit, ab episcopo majorem in modum flagitavit ut se vinculis solveret, Ambrosius vero tyrannicum esse hunc adventum et imperatorem contra Deum furere dixit. Sed Theodosius gravi mœstitia ac dolore cordis compunctus, respondere non se sacris canonibus ferociter repugnandi causa adesse, sed liberationem vinculorum efflagitandi. Interrogatus ab episcopo quam post tantum facinus resipiscentiam demonstrasset, quibusve remediis sanatu difficilia ista vulnera procurasset, Tuum est, inquit, medicamenta docere atque temperare, meum imperata facere. Ibi demum Ambrosius ait: Quoniam in judicando iram es secutus, legem nunc pone quæ iræ decreta rescindat, ut sententiæ capitales et de publicatione bonorum perscriptæ suspendantur per triginta dies, dum recta ratione examinatæ dijudicentur. Cum legem eam statim dictaret Theodosius et sua manu subscriptam confirmaret, Ambrosius vinculo eum solvit passusque est in templum intrare. Theodosius ingressus pronus in pavimentum procubuit, altaque voce clamavit: Anima mea solo affixa est: vivifica me, Domine, secundum verbum tuum [4]. Manibus quoque crines capitis evellit, faciem feriit, terram lacrymis humectavit, **559** usque ad horam oblationis Deum deprecans. Tunc surgens et ad cancellos progressus cum intrare vellet, ab Ambrosio est prohibitus, ita monente: Scias, imperator, interiora solis sacerdotibus adire fas esse: a reliquis quibusvis ea adiri aut tangi religio est. Exi igitur, et inter alios asta. Purpura enim non pontifices facit, sed imperatores. Hoc quoque æquo animo tulit Theodosius; docuitque se non superbia adductum intrare voluisse, sed quia hunc morem Cpoli didicisset, egitque hujus quoque correctionis nomine gratias Ambrosio. Tanta et imperator et episcopus virtute illustres fuerunt. Quin etiam Cpolin reversus, solemni sacrificio cum in sacra mensa munus suum obtulisset, statim exivit sacrario. Et cum a Nectario, qui tum patriarcha erat, causam lacti rogaretur: Vix tandem, inquit, discrimen imperatoris et sacerdotis didici. Unicum enim Ambrosium novi, qui episcopi nomen merito suo gerat: tantum utilitatis confert objurgatio, ab homine virtute insigni profecta.

A δέσποτα, δραμοῦμαι καὶ τὸν ἀρχιερέα πείσω λῦσαί σε τοῦ δεσμοῦ. Ὁ δὲ, Οἶδα ἐγω, φησὶ, τὴν Ἀμβροσίου ἀκρίβειαν. Ἐπεὶ δὲ πλείοσι λόγοις χρησάμενος ὁ Ῥουφῖνος πείθειν ὑπέσχετο, ἀπελθεῖν ἐκέλευσε. Τῇ ἐλπίδι δὲ βουκοληθεὶς ἠκολούθησε καὶ αὐτὸς μετ' ὀλίγον. Αὐτίκα τοίνυν ἰδὼν τὸν Ῥουφῖνον Ἀμβρόσιος ἔφη· Τὴν κυνῶν ἀναίδειαν, ὦ Ῥουφῖνε, ζηλοῖς, τοσαύτης μιαιφονίας γενόμενος μέτοχός τε καὶ σύμβουλος. Ἀλλ' ἐγὼ καὶ πάλιν αὐτὸν κωλύσω τῶν ἱερῶν ἐπιβῆναι προθύρων. Ταῦτα ἀκούσας Ῥουφῖνος ἐδήλωσε τῷ βασιλεῖ ταχέως. Ὁ δὲ βασιλεὺς κατὰ μέσην τοῦτο μαθών· Ἀπέλθω, φησὶ, καὶ τὰς δικαίας δέξομαι παροινίας. Εἶτα παραγενόμενος εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐδυσώπει τὸν ἀρχιερέα λυθῆναι τοῦ δεσμοῦ. Καὶ ὁ μὲν τυραννικὴν
B ἀπεκάλει τὴν παρουσίαν, καὶ κατὰ Θεοῦ μεμηνέναι· ὁ δὲ μετὰ σκυθρωπότητος καὶ πολλῆς κατανύξεως, Οὐ θρασυνόμενος, ἔφη, κατὰ τῶν ἁγίων κανόνων, ἀλλὰ λῦσαί με τῶν δεσμῶν ἀξιώσων ἐλήλυθα. Καὶ ποίαν, [P. 319] φησὶ, μετάνοιαν ἔδειξας μετὰ πσρανομίαν τοσαύτην; ἢ ποίοις φαρμάκοις ἀξίως ἐθεράπευσας τὰ δυσίατα τραύματα; Καὶ ὁ βασιλεύς· Σὸν ἔργον ἐστὶ τὸ δεῖξαι μὲν καὶ κεράσαι τὰ φάρμακα, ἐμὸν δὲ τὸ δέξασθαι. Τότε λοιπὸν Ἀμβρόσιος λέγει· Ἐπειδὴ τῷ θυμῷ τὸ δικάζειν ἐπιτρέπεις, γράψον νόμον τοῦ θυμοῦ τὰς ψήφους ἀργὰς ποιοῦντα, καὶ ἡμέρας λ' αἱ φονικαί τε καὶ δημευτικαὶ μενέτωσαν γνώσεις ἐν γράμμασι, τὴν τοῦ ὀρθοῦ λογισμοῦ ἐκδεχόμεναι κρίσιν. Ὃν αὐθὶς τοῦ βασιλέως κελεύσαντος γραφῆναι καὶ διὰ τῆς οἰκείας χειρὸς βεβαιώ-
C σαντος, διέλυσε τὸν δεσμὸν Ἀμβρόσιος καὶ εἰσελθεῖν αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπέτρεψεν. Ὁ δὲ εἰσελθὼν, πρηνὴς ἐπ' ἐδάφους πεσὼν, ἐβόα μετὰ κραυγῆς· Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου· ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου, Κύριε. Καὶ ταῖς χερσὶ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς ἔτιλλε, τὰς ὄψεις ἔτυπτε, καὶ τὴν γῆν τοῖς δάκρυσιν ἔβρεχε, καὶ τὸν Θεὸν ἐδυσώπει ἄχρι τῆς ὥρας τῆς μεταλήψεως. Τότε δὲ διαναστὰς καὶ πλησίον τῶν κιγκλίδων (29) ἐλθὼν βουλόμενος εἰσελθεῖν, ἐκωλύθη παρὰ τοῦ Ἀμβροσίου, δηλώσαντος αὐτῷ· Ἴσθι, ὦ βασιλεῦ, ὡς μόνοι,
D τοῖς ἱερεῦσιν ὑπάρχουσι τὰ ἔνδον εἰσιτητὰ, τοῖς δ' ἄλλοις πᾶσιν ἄβατά τε καὶ ἄψαυστα. Ἔξιθι τοίνυν καὶ τοῖς ἄλλοις κοινώνει τῆς στάσεως· ἀλουργὶς γὰρ βασιλεῖς, οὐχ ἱερεῖς ποιεῖν εἴωθεν. Ὁ δὲ καὶ τοῦτο δεξάμενος ἀσμένως ἀντεδήλωσεν, ὡς Οὐκ αὐθαδείᾳ χρώμενος τοῦτο πεποίηκα, ἀλλ' ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ ἔθος εἶναι τοῦτο μεμάθηκα. Χάριν δέ σοι ὀφείλω καὶ τῆσδε τῆς ἰατρείας. Τοσαύτῃ δὴ καὶ τηλικαύτῃ διέλαμπον ἀρετῇ ὅ τε ἀρχιερεὺς καὶ ὁ βασιλεύς. Ἐπανελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἑορτῆς γενομένης, καὶ ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκὼν εὐθὺς ἐξελήλυθεν. Νεκταρίου δὲ τοῦ τηνικαῦτα πατριάρχου δεδηλωκότος μαθεῖν τὴν αἰτίαν, Μόγις, ἔφη, βασιλέως καὶ ἱερέως διαφορὰν ἐδιδάχθην· Ἀμβρόσιον γὰρ οἶδα μόνον ἀξίως ἐπίσκοπον καλούμενον. Τοσοῦτον ὀνίνησιν ἔλεγχος παρὰ ἀνδρὸς ἀρετῇ λάμποντος προσφερόμενος.

[4] Psal. CXVIII, 25.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(29) *Juxta cancellos* populum a sacris penetralibus arcentes, de quibus Allatius de templis, et nos *quoque nonnulla circa* Euchologium observavimus. GOAR.

Εἶχε δὲ καὶ ἄλλην ἀφορμὴν ὁ βασιλεὺς ὠφελείας· ἡ γὰρ τούτου σύζυγος, ᾗ Πλακίλλα ὄνομα, τῶν θείων αὐτὸν συνεχῶς ἀνεμίμνησκε νόμων. Οὐ γὰρ ἐπῆρεν αὐτὴν τῆς βασιλείας ἡ δυναστεία, ἀλλὰ τῆς εὐεργεσίας τὸ μέγεθος μεῖζον τὸ περὶ τὸν εὐεργέτην εἰργάζετο φίλτρον. Τῶν γὰρ λελωβημένων (30) ἀδελφῶν καὶ τῶν ἄλλως τὸ σῶμα πεπηρωμένων παντοδαπὴν ἐποιεῖτο φροντίδα, αὐτουργὸς αὐτὴ γινομένη καὶ δι' ἑαυτῆς ὁρέγουσα κύλικας καὶ τροφὰς παρατιθεῖσα. Τοὺς γὰρ ξενῶνας τῶν Ἐκκλησιῶν περινοστοῦσα [P. 320] τοὺς κλινοπετεῖς δι' ἑαυτῆς ἐθεράπευσε· καὶ ὅσα οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων ἔργα νενόμισται, αὐτὴν ἐξεπλήρου. Καὶ τῷ ἀνδρὶ δὲ καὶ βασιλεῖ συνεχῶς ἐπέλεγεν· Ἀεί σε, ὦ ἄνερ, προσήκει λογίζεσθαι τίς μὲν ἦσθα, τίς δὲ γέγονας νῦν. Κυβέρνησον οὖν τὴν βασιλείαν ταύτην ἐννόμως, καὶ οὕτω θεραπεύσεις τὸν δεδωκότα. Ταύτην τὴν θαυμασίαν καὶ ὄντως ἀξιέπαινον βασίλισσαν συνέβη πρὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀποδιῶναι. Μετά τινα δὲ χρόνον ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων βιαζόμενος ὁ βασιλεὺς εἰσφοράν τινα ξένην ταῖς πόλεσιν ἐπιτέθεικεν. Ἡ δὲ Ἀντιόχου πόλις τὸ καινὸν τέλος οὐκ ἠνέγκεν· ὁρῶν γὰρ ὁ δῆμος τοὺς εἰσπραττομένους τιμωρουμένους ἀρχὴν ἀταξίας ἐλάμβανε, καὶ τὴν χαλκῆν εἰκόνα τῆς πανευφήμου Πλακίλλης κατήνεγκέ τε καὶ πολὺ τῆς πόλεως ἔσυρε. Ταῦτα πυθόμενος ὁ βασιλεὺς καὶ λίαν χαλεπήνας τά τε τῆς πόλεως ἀφείλετο προνόμια καὶ τῇ γειτνιαζούσῃ πόλει τὴν ἡγεμονίαν ἔδωκεν· ἐζηλοτύπει γὰρ ἡ Λαοδίκεια τὴν Ἀντιόχειαν ἄνωθεν. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ἐμπρήσειν ἠπείλει καὶ εἰς κώμην τὸ ἄστυ κατασκευάσαι. Οἱ δέ γε ἄρχοντες καί τινας ἀνεῖλον, παρ' αὐτὸ συλλαβόντες τὸ τόλμημα, πρὶν γνῶναι τὸν βασιλέα τὴν τραγῳδίαν. Ταῦτα δὲ πάντα ὁ βασιλεὺς προσέταττε μέν, οὐκ ἐγίνετο δέ, τοῦ νόμου κωλύοντος ὃν Ἀμβρόσιος ὁ μέγας ταθῆναι παρῆνεσεν. Ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο οἱ τὰς ἀπειλὰς ἐκείνας κομίζοντες, ἐν δέει μὲν ἦσαν ἅπαντες τὰς ἀπειλὰς περφικότες, καὶ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπορίσαντο, οἱ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν οἰκοῦντες τῆς ἀρετῆς ἀσκηταὶ (πολλοὶ δὲ ἦσαν οὗτοι καὶ ἄριστοι) πολλὰς τὰς παραινέσεις καὶ παρακλήσεις τοῖς ἐκ τοῦ βασιλέως ἀποσταλεῖσι προσήνεγκαν. Ἀλλὰ καὶ Μακεδόνιος ὁ θειότατος, οὐδὲν μὲν τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιστάμενος, καὶ τῶν θείων δὲ λογίων πάμπαν ἄπειρος ὤν, ἐν δὲ ταῖς τῶν ὀρῶν κορυφαῖς διαιτώμενος καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν τοῦ Θεοῦ δεόμενος, οὐ τοῦ βασιλέως τὴν ὀργὴν καταπλαγεὶς οὔτε τῶν σταλέντων τὴν ἐξουσίαν, ἐν μέσῳ τῷ ἄστει γενόμενος, τῆς χλαμύδος θατέρου τῶν ἀποσταλέντων λαβόμενος ἀποβῆναι τοῦ ἵππου κελεύει. Οἱ δὲ μικρὸν γεροντίον ἰδόντες, εὐτελῆ ῥάκια περιβεβλημένον, πρῶτα μὲν ἐγελάπηναν· ἐπειδὴ δέ τινες τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐδήλωσαν ἀρετήν, ἀπέβησάν τε τῶν ἵππων καὶ τῶν ἐκείνου γονάτων ἐπιλαβόμενοι συγγνώμην ἐζήτουν. Ὁ δὲ τῆς θείας σοφίας ἐμφορηθεὶς τοιοῖσδε

A Habebat porro imperator aliam etiam opportunitatem : uxor enim Placilla assidue divinarum eum admonebat legum. Non ea ob imperii majestatem animo efferebatur, sed beneficii magnitudo faciebat ut tanto impensius benefactorem diligeret. Christianos fratres qui morbis tractati **560** aut membris mutilati fuerant, ipsa omni studio curabat, calices eis suis manibus porrigens et cibos apponens. Hospitales etiam Ecclesiarum domos invisens decumbentibus ministrabat, eaque obibat munera quæ servorum aut ancillarum habentur. Inculcabat identidem hæc marito suo : Semper te, mi vir, reputare convenit quis fueris et quid factus sis. Guberna ergo imperium hoc legitime : sic honorabis eum qui dedit. Hanc omni admiratione et laude
B dignam imperatricem contigit ante maritum ex vivis excedere. Aliquando post Theodosius continentibus bellis coactus est novum civitatibus tributum imperare. Antiochiæ cives eam exactionem non tulerunt ; cumque supplicio afficerentur qui dependere recusassent, tumultu excitato æream laudatissimæ Placillæ statuam dejecerunt et magnam per urbis partem raptaverunt. Hoc audito facinore imperator gravissima exarsit indignatione, et Antiochiam privilegiis suis spoliavit, principatumque Laodiceæ vicinæ jampridem æmulæ assignavit. Præter hæc incendium quoque urbi, et se eam in pagum mutaturum minatus est. Præfecti etiam quosdam in ipso deprehensos facinore interfecerant, priusquam tragœdia imperatori exponeretur. Cæ-
C terum hæc omnia imperator mandavit quidem, non tamen perfecit, lege impeditus quam monitu Ambrosii tulerat. Ut Antiochiam venerunt istarum minarum denuntiatores, sane earum metu universos **561** magnus terror invasit, et fuga salutem quæsiverunt. At monachi qui in montibus virtutem exercebant, qui iis locis erant et plurimi et optimi, missos ab imperatore multis verbis deprecati sunt. Quo tempore etiam divinissimus Macedonius, nullius earum quæ ad vitam hanc degendam faciunt artium gnarus, atque sacrarum etiam prorsus imperitus litterarum, solitus in verticibus montium degere ac Deum noctes diesque deprecari, nihil iram imperatoris metuens aut ejus legatorum potentiam, in mediam urbem se contulit, alterumque eorum chlamyde apprehensum equo descendere
D jussit. Legati homuncionem senem inspicientes, pannis vilibus obsitum, principio indignari : mox a quibusdam de virtute hominis certiores facti ab equis descenderunt, genuaque ejus tangentes veniam rogarunt. At Macedonium divina impletus sapientia, ita eos est affatus : Dicite, amici, meis hæc verbis imperatori : Non imperator tantum es, sed etiam homo : non itaque imperium modo, sed naturam quoque reputa. Quippe homo cum sis, in

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(30) Potes etiam vertere leprosos : nam λώβην aliquoties pro lepra κατ' ἐξοχήν dicunt hi scriptores. Exemplum habes de lepra Constantini Magni. XYL.

ejusdem naturæ participes imperium tenes. Jam hominum natura ad imaginem et similitudinem Dei efficta est. Noli igitur tam crudeliter et immaniter imaginem Dei neci destinare : Opificem enim irritabis ejus imaginem vastando. Considera etiam te æreæ imaginis causa iratum hæc agere. Neque vero cuiquam sanæ mentis homini ignotum est quantum inanimæ huic præstet animata, **562** viva et ratione prædita imago. Ad hæc id quoque cum animo reputate, quod nobis facile est loco unicæ illius multas fabricari imagines, imperator vero ne pilum quidem ullius occisorum potest ullo modo efficere. Hæc verba præclari illi viri ad imperatorem detulerunt, flammamque iræ iis restinxerunt. Nam imperator loco minarum istarum purgationem scripsit iræque causam manifestavit, Non, inquiens, me delinquente, ideo tanta contumelia debuit post mortem affici mulier omni laude dignissima : in me potius debuit ira indignantium debacchari. Addidit etiam graviter se molesteque ferre quosdam a præfectis occisos esse. Hæc ego commemoravi, tum quia celeberrimi istius monachi libertas mihi silentio non videbatur juste posse præteriri, tum ut ostenderem utilitatem legis ejus quæ magno Ambrosio auctore lata fuit.

A πρὸς αὐτοὺς ἐχρήσατο λόγοις· Εἶπασε, ὦ φίλοι ἄνδρες, τῷ βασιλεῖ· Οὐ βασιλεὺς εἶ μόνον ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος· μὴ τοίνυν μόνην ὅρα τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν λογίζου. Ἄνθρωπος γὰρ ὢν ὁμοφυῶν βασιλεύεις. Κατ' εἰκόνα δὲ θείαν καὶ ὁμοίωσιν ἡ τῶν ἀνθρώπων [P. 321] δεδημιούργηται φύσις. Μὴ τοίνυν ὠμῶς οὕτως καὶ ἀπηνῶς τοῦ Θεοῦ τὴν εἰκόνα κατασφαγῆναι κελεύσῃς· παροξύνῃς γὰρ τὸν Δημιουργὸν, τὴν ἐκείνου κολάζων εἰκόνα. Σκόπησον γὰρ ὡς καὶ σὺ χαλκῆς ἕνεκα δυσχεραίνων εἰκόνος ταῦτα ποιεῖς. Ὅσον δὲ τῆς ἀψύχου διαφέρει ἡ ἔμψυχός τε καὶ ζῶσα καὶ λογικὴ, δῆλον ἅπασι τοῖς νοῦν ἔχουσι. Πρὸς δὲ τούτοις λογίσασθε κἀκεῖνο, ὡς ἡμῖν μὲν ῥᾴδιον ἀντὶ τῆς μιᾶς εἰκόνος πολλὰς δημιουργῆσαι χαλκᾶς, αὐτῷ δὲ πάμπαν ἀδύνατον μίαν B γοῦν τῶν ἀναιρεθέντων δημιουργῆσαι τρίχα. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ θαυμάσιοι ἄνδρες ἐκεῖνοι διεπόρθμευσαν τὰ εἰρημένα τῷ βασιλεῖ καὶ τὴν τοῦ θυμοῦ κατέσβεσαν φλόγα· καὶ ἀντὶ τῶν ἀπειλῶν ἐκείνων ἀπολογίαν ἔγραψε, καὶ τῆς ὀργῆς τὴν αἰτίαν ἐξέλωσεν· Οὐκ ἔδει γὰρ, φησίν, ἐμοῦ πλημμελήσαντος, γυναῖκα πάσης εὐφημίας ἀξιωτάτην τοσαύτην μετὰ τὴν τελευτὴν δέξασθαι παροινίαν, κατ' ἐμοῦ δὲ ἐξρῆν τὸν θυμὸν τοὺς ἀγανακτοῦντας ὁπλίσαι. Προστίθεικε δὲ ὡς ἀλύει καὶ ἀνιᾶταί τινας ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀνηρῆσθαι μαθών. Ἐγὼ δὲ ταῦτα διεξῆλθον, καὶ τοῦ πανευφήμου μονάζοντος τὴν παῤῥησίαν οὐχ ἡγησάμενος δίκαιον παραδοῦναι λήθῃ, καὶ τὸν νόμον ἐκεῖνον ὀνησιφόρον δεικνὺς ὃν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος γραφῆναι παρήνεσεν.

Theodosio imperante etiam venerandum caput Joannis, Christi Præcursoris ac Baptistæ, Constantinopolin allatum est, inventum quondam apud quosdam monachos Macedonianos, qui Hierosolymis profecti in Cilicia degebant. Inde a Valente, cum esset ea de re a Mardonio eunucho admonitus, Constantinopolin jussum vehi, cum ad pagum cui Cosilai nomen est pervenisset vehiculum, porro progredi noluerunt mulæ, quantumvis flagellis **563** urgerentur. Atque ita tum eo in pago caput repositum fuit, cum Deus tanto dono Valentem indignum judicaret. Theodosio autem hoc pietatis præmium largitus est, ut id Constantinopolin afferret inque fano Joannis Baptistæ deponeret.

Ἐπὶ τούτου τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου καὶ ἡ τιμία κεφαλὴ τοῦ τιμίου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἤχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, εὑρεθεῖσα μὲν πρότερον παρά τισι μοναχοῖς τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως, C οἵτινες ἐξ Ἱεροσολύμων εἰς Κιλικίαν ἐλθόντες διέτριβον. Μαρδονίου δὲ τοῦ εὐνούχου τοῦτο μαθόντος καὶ μηνύσαντος Οὐάλεντι, μετεκομίζετο ἐκ προστάξεως αὐτοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ὡς δὲ κατέλασεν ἐν κώμῃ Κοσιλαοῦ, οὐκέτι μετῆλθε τὸ ὄχημα τὸν τόπον, καίπερ πολλὰς τῶν ἡμιόνων μαστιγουμένων. Τότε μὲν οὖν ἀπετέθη ἡ ἁγία κεφαλὴ ἐν τῇ προῤῥηθείσῃ κώμῃ, κρίνοντος τοῦ Θεοῦ μὴ τοιούτου δώρου ἀξιωθῆναι τὸν Οὐάλεντα. Θεοδόσιον δὲ τῆς εὐσεβείας ἀμειβόμενος ὁ Θεὸς μεταγαγεῖν αὐτὴν τῷ βασιλεῖ συνεχώρησεν, ἣν καὶ ἐν τῷ τοῦ Προδρόμου ἀπέθετο ναῷ.

Theodosius, Eugenio tyranno victo, cum adversa valetudine premeretur, imperium inter filios Arcadium et Honorium divisit, ita ut major Constantinopolitanum imperium, alter Europæ sceptra gereret. Utrumque ad veram pietatem exhortatus est, monens ea et pacem servari et bella confici et hostes fundi et tropæa statui et victoriam parari. His et similibus præceptis cum filios successuros sibi instituisset, vivendi finem fecit, æterna et omnibus admiranda gloria post se relicta.

Μετὰ δὲ τὴν κατάλυσιν τοῦ τυράννου Εὐγενίου ἀῤῥωστήσας ὁ βασιλεὺς τοῖς υἱέσιν αὐτοῦ Ἀρκαδίῳ καὶ Ὀνωρίῳ τὴν βασιλείαν διένειμε, καὶ τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ τὴν οἰκείαν ἔδωκεν ἡγεμονίαν, τῷ νεωτέρῳ δὲ τῆς Εὐρώπης τὰ σκῆπτρα. Ἔχειν δὲ τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν ἀμφοτέρους παρήνεσε. Διὰ ταύτης γὰρ, ἔφη, καὶ ἡ εἰρήνη φυλάττεται, καὶ πόλεμοι καταλύονται, καὶ πολέμιοι τρέπονται, καὶ τρόπαια ἵστανται, καὶ νίκη βραβεύεται. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς παισὶν αὐτοῦ καὶ διαδόχοις παραινέσας τὸν βίον ἀπέλιπεν, ἀείμνηστον κλέος καὶ ἀξιάγαστον τοῖς πᾶσι καταλιπών.

In victoriatis nomismatis litteræ C. O. N. V. O.

[P. 322] Ὅτι τὰ ἐν τοῖς νικαρίοις τοῦ νομίσμα-

τοκείμενα Ῥωμαϊκὰ γράμματα δηλοῦσι· A hoc designant : civitates Omnes Nostræ Veneratione Obediant.
ς κιβιτάτες τὸ Ο ὅμνις, τὸ Ν νόστραι,
αντ, νὸ Β βενερατιόνι, τουτέστιν, Αἱ πόλεις πᾶσαι τῇ ἡμετέρᾳ πειθαρχείτωσαν προσκυνήσει.

εἰς τὰ Πιττάκια (32) κίων στήλην ἔχει In Pittaciis columna statuam habet Leonis qui
) τοῦ τῆς Βηρίνης ἀνδρός. fuit Verinæ maritus.

ῷ στρατηγίῳ (34) ἐστὶν ὁ τρίπους Ἑκα- In prætorio est tripos Hecatæ ac Constantinus
μέγας Κωνσταντῖνος ἔφιππος, φέρων magnus eques, crucem gestans.

χαλκῆς τὸν λαμπρὸν δόμον Αἰθέριος Æreæ splendidam ædem Ætherius faber posuit
ηχανουργὸς καὶ σοφὸς Ἀναστάσιος βου- et sapiens Anastasius senator.

ω τῆς τοῦ μιλίου (35) ἀψῖδος (36) Ἵστανδύο, τοῦ τε μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ **564** Supra miliarii fornicem duæ sunt statuæ, magni Constantini et matris ejus, et in harum
αὐτοῦ, μέσον ἔχουσαι σταυρόν, ὄπισθεν medio crux. A tergo earum Trajanus eques, et juxta
ς ἔφιππος, ἔχων σύνεγγυς τὸν Αἴλιον hunc Ælius Adrianus eques.
πότην.

οῖς Λαύσου ἦσαν οἰκήματα παμποίκιλα B In Lausi erant domunculæ variæ et quædam hoεἰά τινα, ὅπου ἡ φιλόξενος (37) ἐχορήγει spitum receptacula, ubi hospitalis illa aquam sugδα ἔσχε τὴν κλῆσιν (38). Ἵστατο δὲ καὶ gerebat, unde habebat nomen. Stabat etiam simuτῆς Αἰνειδίας Ἀθηνᾶς τετράπηχυ ἐκ λίθου lacrum Minervæ Lindiæ ex lapide smaragdo, altum
ἔργον Σκύλλιδος καὶ Διποίνου τῶν ἀγαλ- cubitos quatuor, opus Scyllidis et Dipœni statuaριν, ὅπερ ποτὲ δῶρον ἔπεμψε Σέσωστρις riorum ; quod olim donum misit Sesostris Ægyόράννος Κλεοβούλῳ τῷ Αινδίῳ τυράννῳ. ptiorum tyrannus Cleobulo Lindi tyranno. Et Cuiδία Ἀφροδίτη ἐκ λίθου λευκῆς, γυμνή, dia Venus ex albo lapide, nuda, pudenda manu
αἰδὼ τῇ χειρὶ περιστέλλουσα, ἔργον τοῦ tegens, opus Praxitelis Cnidii. Et Samia Juno,
αξιτέλους. Καὶ ἡ Σαμία Ἥρα, ἔργον opus Lysippi et Bupali Chii. Et Cupido alatus,
αὶ Βουπάλου τοῦ Χίου. Καὶ Ἔρως τόξον arcum tenens, Myndo allatus. Et Phidiæ eburneus
ωτὸς, Μυνδόθεν ἀφικόμενος. Καὶ ὁ Φειδίου Jupiter, quem Pericles in templo Olympico dedi; Ζεὺς, ὃν Περικλῆς ἀνέθηκεν εἰς νεὼν carat. Et Occasionis simulacrum occipitio calvo,
Καὶ τὸ τὸν Χρόνον μιμούμενον ἄγαλμα, sincipite crinito. Monocerotes etiam, et tigrides, et
που, ὄπισθεν μὲν φαλακρόν· ἔμπροσθεν vultures, et camelopardi, taurelephantus, centauri,
καὶ μονοκέρωτες καὶ τίγριδες καὶ γῦπες Panes. C
παρδάλεις ταυρελέφας τε καὶ Κένταυροι

ῇ πρὸς ἀνατολὴν ἀψῖδι τοῦ φόρου ὁ μέ- In fornice fori ad ortum solis spectante magni
Κωνσταντῖνος μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Constantini est statua, aliaque matris ejus et in
τες σταυρόν. medio earum crux.

ῷ φόρῳ ὁ πορφυροῦς κίων παρ' αὐτοῦ In foro porphyretica columna ab illo est posita,
καὶ ἡ στήλη αὐτοῦ ἐστιν, ἐν ᾗ γεγραμμέ- statuaque ipsius est, cui sunt quatuor versus in!χοι τέσσαρες· scripi :

στὲ κόσμου κοίρανος καὶ Δεσπότης, **565** *Tibi, Christe mundi Domine, rectorque optime,*
οσηὔξα θεὶ τήνδε σὴν δούλην πόλιν *Urbem hanc tibi quæ serviat modo subdidi,*
κα τάδε καὶ τὸ τῆς Ῥώμης κράτος. *Et sceptra Romanamque omnem potentiam.*
ύτην σῶζέ τ' ἐκ πάσης βλάβης. *Hæc tu malis defende semper ac omnibus.*

εται δὲ τῷ κίονι καὶ οἱ δώδεκα κόφινοι (39)

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

ummis victoriatis Theodosii divinavi. I) liare, a quo, sicut et Romano, ab Cpol. incid rectius proferet, a me laudabitur. Et de piebant numerari miliari. Leunclavius in *Pandis urbis dolui curiosius omnia persequi, tectis.* Goar.
tus quam hisce parergis. Xyl. — Aversa (36) Ædificiam arcuatum, sive arcum marmoum facies sunt νικάρια, aliis emblemata rum principis olim triumphatis memoriæ dicaEorum de quibus hic sermo, figuram tum, ἀψῖδα vocat Goar.
primit. Ante particulam ὅτι subintellige (37) Videtur loqui de Placilla Augusta, Theodosii in ms. margine σημεῖωσαι, quod se nus- uxore. Xyl. — In ædicula forsan ad Lausi plateam sita
:ripturum semel promisit Xylander. Goar. ubi ad manum in tersis poculis cuilibet siti presso
us urbis Regiæ. Goar. transeunti propinatur aqua, quod humanitatis opus
nis Magni, qui Marciano successit. Goar. religiosissime observant Turcæ, iis in urbibus ad
ta hic urbis loca statuis et vetustis mo- quas magis conferta plebecula confluit. Goar.
ornata confuse percenset. Unus eorum (38) Fortassis rectius interpreteris, *ubi convivia*
, quo se prætoriani milites recipiebant. *celebrabat.* Xyl.

(39) Christi panes multiplicantis miraculo il-
ædem S. Sophiæ est μίλιον, aureum mi- lustres. Septem etiam sportas pari portento quon-

nali parte fori curia est, quam Leo Verinæ maritus incendit. Ibi porta est Dianæ Ephesinæ, munus Trajani. In ea sunt expressæ causæ belli Scythici, Gigantum pugna, fulmina Jovis; Neptunus tridentem gestans, Apollo arcu instructus. Infra Gigantes draconum in modum irruentes, manibus glebas in sublime jactantes, torvum tuentes. Ad fori porro plateam stant duæ statuæ. Una versus occasum Lindiæ Minervæ, casside armata et monstro Gorgoneo, circa collum anguibus complicatis. Sic enim imaginem ejus prisci referebant. Ortui opposita altera, Amphitrite est, cancri forfices habens super temporibus: Rhodo adducta fuit.

A Πρὸς δὲ τὰ βόρεια τοῦ φόρου ἔστι τὸ σενατον, ὅπερ ἐκαύθη ὑπὸ Λέοντος τοῦ τῆς Βηρίνης, ἐν ᾧ πύλη ἐστὶ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος, Τραϊανοῦ δῶρημα, τῆς Σκυθῶν μάχης ἔχουσα τὰς αἰτίας τὴν τῶν Γιγάντων μάχην καὶ τοὺς κεραυνοὺς τοῦ Διὸς καὶ τὸν Ποσειδῶνα σὺν τῇ τριαίνῃ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα τόξον ἐσκευασμένον, κάτω δὲ τοὺς γίγαντας ὡς δράκοντας ἐπερχομένους, χερσὶ βώλους ῥιπτοῦντας εἰς ὕψος καὶ βλοσυρὸν εἰσορῶντας. Ἵστανται δὲ προς τὴν τοῦ φόρου πλατεῖαν ἀγάλματα δύο, πρὸς μὲν δύσιν τὸ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς, κράνος ἔχον καὶ τὸ Γοργόνειον τέρας καὶ ὄφεις περὶ τὸν [P. 323] τράχηλον ἐμπεπλεγμένους (οὕτως γὰρ τὸ εἴδωλον αὐτῆς οἱ παλαιοὶ ἱστόρουν), πρὸς δὲ τὴν ἀνατολὴν ἡ Ἀμφιτρίτη, χηλὰς ἔχουσα καρκίνου ἐπὶ τῶν κροτάφων. Ἦλθη δὲ καὶ αὐτὴ ἀπὸ Ῥόδου.

Constantinus posuit magnam crucem.

B Ὅτι ὁ Κωνσταντῖνος ἔστησε τὸν μέγαν σταυρόν (40).

Quatuor pedibus suffultum opus, quod contentionem ventorum vocant, Theodosius Magnus erexit, pyramidis formam depingens et fictilibus animalibus exornans, germinibus, fructibus atque malis punicis. Stant et nudi Amores, invicem sibi blande arridentes et infra transeuntibus **566** illudentes. Rursum alii adolescentes subsidentes æreis tubis ventos influant; et imago cerea in sublimi volans acutos flatus ventorum denotat.

Ὅτι τὸ τετρασκελὲς τέχνασμα, ὃ δῆριν λέγουσιν ἀνέμων, ἤγειρεν ὁ μέγας Θεοδόσιος, πυραμίδος σχῆμα ζωγραφοῦν καὶ ζώοις πλαστοῖς κεκοσμημένον βλαστοῖς τε καὶ καρποῖς καὶ ῥοΐσκοις. Γυμνοί τε Ἔρωτες ἵστανται προσγελῶντες ἀλλήλοις ἠμέρως καὶ τοῖς κάτω περῶσιν ἐμπαίζοντες. Ἄλλοι δὲ (41) ἐποκλάζοντες ἔμπαλιν νέοι, σάλπιγξι χαλκαῖς ἐμφυσῶντες ἀνέμους. Χαλκοῦν δὲ βρέτας ὑψόθεν πετόμενον πνοὰς λιγείας δεικνύει τῶν ἀνέμων.

Tauri statuam posuit Magnus Theodosius, suas contra Scythas continentem pugnas et de iis statua tropæa. Habet intus viam sursum ferentem. Eques porro in bivio positus ipse est Magnus Theodosius dextram versus urbem intendens, ac monstrans inscripta statuæ tropæa.

Ὅτι τὸν τοῦ ταύρου κίονα ἔστησεν ὁ μέγας Θεοδόσιος, τρόπαια καὶ μάχας ἔχοντα κατὰ Σκυθῶν καὶ βαρβάρων τοῦ αὐτοῦ. Ἔχει δὲ οὗτος ἔνδοθεν καὶ ὁδὸν ἄνω φέρουσαν. Καὶ ὁ κατὰ τὸ ἄμφοδον δὲ ἑστὼς ἱππότης αὐτός ἐστιν ὁ μέγας Θεοδόσιος χεῖρα τείνων δεξιὰν πρὸς τὴν πόλιν, καὶ δεικνὺς τὰ ἐγγεγραμμένα τῷ στύλῳ τρόπαια.

Bos æreus Pergamo fuit allatus. Caminus fuit, in qua ustus est Antipas sanctus martyr.

Ὅτι ὁ χαλκοῦς βοῦς ἐκ Περγάμου ἦλθε, κάμινος δὲ ἦν ἐν ᾗ πέφλεκται ὁ ἅγιος μάρτυς Ἀντίπας.

Amastriana autem dicuntur sive a quodam paupere qui Amastri oriundus in urbem paupertatis causa venit, ibique mortuus est, sive ab infamia loci ejus maxima, quod ibi malefici et homicidæ supplicio afficiuntur, turpissimam denominationem accepit propter Paphlagonum sceleratam vitam. Fuit aliquando ibi maximum templum Solis et Lunæ, in quo versus septentrionem ordine statuæ stabant; in medio autem sinus erat conchæ similis rotundæ, super quem Sol in albo curru, tum Luna nymphæ in morem coronata bigis vehebatur. Byzantis ista erant opera, Phidaliæ mariti. Inferne autem ad ædis fundamenta sedebat quidam sceptriger in solio, populumque jubebat magistratui parere. **567** Ibidem ad terram Jovis erat simulacrum ex albo lapide, quod videbatur in lecto sedere, opus Phidiæ.

Ὅτι τὰ Ἀμαστριανοῦ λέγεται εἴτε ἀπό τινος εὐτελοῦς πατρίδα ἔχοντος τὴν Ἄμαστριν, ἐλθόντος τε κατὰ πενίαν ἐν τῇ πόλει κἀκεῖ τελευτήσαντος, εἴτε ἀπὸ ἐνεργοῦς τῆς τοῦ τόπου δυσφημίας, ὅτι πᾶς κακοῦργος καὶ φονεὺς αὐτόθι τιννύει δίκην, κλῆσιν ἔλαχεν αἰσχίστην τῆς Παφλαγόνων ἕνεκεν βδελυρίας. Ἦν δέ ποτε ναὸς μέγιστος αὐτόθι Ἡλίου καὶ Σελήνης, οὗ πρὸς ἄρκτον κίονες στοιχηδὸν εἱστήκεισαν, μέσον δὲ κόλπος οἷα κόγχης εὐγύρου, ὕπερθεν δὲ αὐτῆς Ἥλιος ἐπὶ λευκοῦ ἅρματος, ἡ δὲ αὖ Σελήνη νυμφικῶς ἑστεμμένη ἐφ' ἁρμαμάξης ἤγετο. Βύζαντος ἔργα ταῦτα. τοῦ Φειδαγείας ξυνευνέτου. Κάτω δὲ πρὸς θέμεθλα δόμου ἐκάθητό τις σκηπτοῦχος ἐπὶ θρόνου, καὶ λαοῖς ἐκέλευσε τοῖς κρατοῦσιν ὑπείκειν. Αὐτοῦ δὲ πρὸς γῆν ἦν βρέτας Διὸς ἐκ λευκοῦ λίθου, ἔργον Φειδίου, ἰζάνον, τῷ δοκεῖν, ἐπὶ κλίνης.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

dam deservientes ibidem repositas narravit auctor anno Constantini XXIII et XXIV, ubi expressius columnam eamdem depingit. Goar.

(40) Οἶμαι τὸν ἐν τοῖς ἀρτοπωλείοις, ascripsit librarius margini. Xyl.

(41) Senarii sunt in Græco, sed quales omnino postrema ætas protulit; et paulo post alii sequuntur de sole et luna. Et librarius adnotavit, τοῦτο νῦν ὁ πολὺς ἄνθρωπος ἀνεμοδοῦ καλεῖ, vulgo sua ætate anemodu, quasi ventorum viam dicas, vocari. Xyl. An. ἀνεμοδούλιον ?

ηρὸλοφος ἔργον ἐστὶν Ἀρκαδίου, ὅμοιον ι τῷ ταύρῳ.
ιλέφαντες οἱ ἐν τῇ Χρυσῇ πόρτῃ ὅμοιοί εἰλαι Θεοδόσιος ἐπιβὰς εἰς τὴν πόλιν εἰσ-

A Xerolophus Arcadii opus est, tauro per omnia simile.

Elephanti ad Auream portam similes sunt eorum quibus olim in urbem invectus fuit Theodosius.

ὁ μέγας Θεοδόσιος ἐπεθύλησε καταλαβεῖν λυμα, καὶ περιβαλόμενος σχῆμα ἰδιωτικὸν ῃ πύλῃ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κρούξέ τις ὑπηρέτων. Πάντων δὲ τῶν λύχνων , τῷ εἰσελθεῖν τὸν βασιλέα αἰφνίδιον πάλιν ὡς ἐν πανηγύρει. Ὁ δὲ θυρωρὸς ἐκπλαγεν αὐτὸν πρὸς Ἰωάννην τὸν ἀρχιερέα. χῆς [P. 324] ἐπέγνω αὐτὸν, καὶ ἐμακάβασιλεὺς ὤν, ἐν τοιούτῳ σχήματι παρεγέσῃσαι τοὺς ἁγίους τόπους.

Idem magnus Theodosius Hierosolyma intrare cupiens eo habitu privati hominis se contulit, venitque ad portam sanctæ Anastasiæ. Eam cum pulsasset, famulus quidam aperuit. Cum vero omnes lucernæ essent exstinctæ, imperatoris introitu universæ accensæ subito sunt, ut in solemnitate. Janitor autem attonitus miraculo eum ad Joannem pontificem maximum adduxit. Qui eum ut agnosceret, Deum precando est consecutus, beatumque prædicavit : qui cum esset imperator, tali habitu venisset adoratum sacra loca.

B

μέγας Θεοδόσιος πολεμῶν τῷ τυράννῳ Εὐὼν εὐκτήριον ἐν τῷ ὄρει, ἔπεσεν ἐπὶ τοῦ αίων καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύων ἐπικουρῆσαι μικρὸν ἀφυπώσας ἐξ ἀθυμίας ὁρᾷ δύο πποις λευκοῖς καθημένους, λέγοντας αὐτῷ ! τὸν στρατὸν διεγείρειν εἰς πόλεμον. Τῶν ν ὁ μὲν ἔλεγεν ἑαυτὸν Ἰωάννην, ὁ δὲ Φίλιποστόλους. Ταύτην δὲ τὴν ὅρασιν καὶ εἰς ωτῶν ἰδὼν ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ. Καὶ πορωτηθέντος προσιβρύη ὁ στρατὸς τοῦ Εὐβασιλεῖ. Προηγεῖτο δὲ ἐν τῷ στρατῷ τοῦ ἡ εἰκὼν τοῦ Ἡρακλέος, Θεοδοσίου δὲ ὁ τίὸς. Ἔτι δὲ ἔστησεν ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος να τοῦ ταύρου. Κτίζει δὲ καὶ πόλιν ἐν οδοσιόπολιν ὀνομάσας, τὴν πρὶν λεγομένην ὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν κατ' ἀρχὴν Ἄπρου, ερὸς Καρίνου (42), ὃς καὶ ἀνεῖλεν αὐτὸν. καὶ ἑτέραν πόλιν ἐπ' ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ολιν, τὸ πρὶν Βεργούλιον λεγομένην.

Idem Theodosius bellum gerens contra Eugenium tyrannum, in monte oratorium cum invenisset, in pavimentum sese prostravit ac lacrymans Deum opem poposcit. Inde cum præ animi ægritudine paululum obdormivisset, vidit in somnis duos quosdam albis equis insidentes, a quibus jubebatur bono esse animo et exercitum ad pugnam excitare. Eorum alter se Joannem, alter Philippum apostolos nominabant. Idem cuidam militum visum apparuit, isque rem imperatori exposuit. Commissa autem pugna exercitus Eugenii ad Theodosium transiit. Anteibat **568** Eugenii exercitum imago Herculis, Theodosii veneranda crux. Constituit porro Theodosius columnam tauri. Et in Thracia urbem condidit quam a se Theodosiopolin nominavit

C

cum ante Apron diceretur ab auctore suo Apro, socero Carini et sui generi interfectore. Aliam quoque urbem condidit, ac de filii nomine Arcadiopolim dixit, cum ante appellaretur Bergulium.

ο τυραννήσαντος ἀντιγράφει καὶ Ἀρβά:πὸ Γαλατίας σὺν αὐτῷ τυραννῆσαι. Ἀκού-Ῥώμῃ ὁ μικρὸς Οὐαλεντινιανὸς, ὁ τοῦ μεγάντινιανοῦ παῖς, ἀγχόνῃ ἐχρήσατο. Ἔσπευσε ; Θεοδόσιος εἰς ἐκδίκησιν αὐτοῦ. Ἐξιὼν δὲ τυράννου Εὐγενίου οὐλ ἰδίᾳ ἰσχύϊ ἐθάρρησου δέ τινος Αἰγυπτίου μοναχοῦ μεγάλου ν ἀντὶ δόρατος, τὴν ἐπωμίδα δὲ ἀντὶ κράσάμενος, κατὰ κράτος τὸν ἀλιτήριον χειντα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἀνεῖλε. Μετὰ δὲ τὴν του εἰσελθὼν ἐν Ῥώμῃ πλεῖστον τῇ πόλει ι, καὶ τὰ ἐν τοῖς μαγκιπείοις (43) τῶν κατων ζώων ἄχρι γήρως τοῖς μύλωσι συγκλειοαὶ ἀλῆθειν κατεπειγομένων περιεῖλε, καὶ ιοιζευομένων γυναικῶν ὕβριν, τὴν ἐν πορκώδονος ἐλεγχομένην, περιέκοψε.

Cum Eugenius tyrannidem invasisset, Arbogastus etiam Gallus socium se ejus tyrannidi præbuit. Id cum Romæ percepisset Valentinianus junior, Valentiniani magni filius, suspendio sese vita eduxit. Ad quem ulciscendum Theodosius expeditionem movens non est propriis viribus confisus : sed Joannis cujusdam Ægyptii magni monachi baculum pro hasta, cucullam pro galea usurpans, Eugenium, cæso ejus comitatu, vivum in potestatem redegit. A victoria profectus Romam plurima in urbem beneficia contulit, abolevitque

D

consuetudinem qua mancipia in loco bestiarum pereuntium in pistrina dedebantur et molere usque ad senectutem cogebantur, itemque eam qua adulterarum mulierum scortationes nolæ tinnitu publicabantur.

ἔτει νικήσας Μάξιμον τὸν τύραννον ἀνεῖλε αγάθιον τὸν στρατηγὸν αὐτοῦ ὡς φονεύσαντα

Undecimo anno Maximum tyrannum necavit et ejus copiarum ducem Andragathium, utpote interfecto-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

io Numeriani, qui hujus frater, Cari filius er Apri : omnes historici. Sed et quæ seita obscura sunt, ut si rem non acu tetialtem veniam videar meritus. Xyl.

uidas : ἀρτοπωλεῖον τὸ μαγκιπεῖον ἐν ᾧ γίνονται. Non *mancipium*, sed *pistoris officina*, *pistrinum* est μαγκιπεῖον. Ex quo minus fidelem sic restitues versionem : *abolevitque consuetudinem, qua in publicum pistrinum fortuito delapsa aut casu occurrentia animalia molas agere ad senectutem usque cogebantur.* Goar.

rem Gratiani. Ut Romam venit, **369** Honorium filium suum coronatum imperio inauguravit. Inde Constantinopolin reversus, postulante Alexandriæ episcopo Theophilo, omnia falsorum numinum fana dejici et simulacra conflari ac in pauperum usus erogari curavit. Quo tempore etiam Marcellus Apameæ (Syriæ urbs est) episcopus Græcanica templa demoliens a Græcis est necatus. Cæterum templo Serapidis Alexandriæ destructo sacræ litterarum notæ inventæ sunt crucis forma. Eas cum vidissent Græcæ religionis homines, fidem Christianam amplexi sunt, dicentes hieroglyphico sensu crucem designare vitam supervenientem. Hunc Serapin alii Jovem esse perhibent, alii Nilum, ideo quod modium habet in capite et cubitum. Alii Apin quemdam aiunt hominem divitem fuisse in Ægypto, qui urgente fame Alexandrinis de suo suppeditaverit: ei defuncto fanum fuisse et statuam positam, ejusque bovem publice nutritum ac domini sui nomine affectum. Id fuisse symbolum agricolæ: sed et viri ejus nomen in Gorasin, statuæ in Serapin mutaverunt. In templa hujus Serapidis statua fuit ingens atque terribilis, diversa ex materia constans et duabus manibus duos templi muros attingens. Intra hanc aliud fanum, simulacrum, et statua ænea, non magna. Hujus capiti infixerant ferrum, et e regione supra in tecti laquearibus lapidem magnetem; itaque **370** effecerant ut statua in aere videretur suspensa, neque terram tangens neque tectum.

Inter idolum et indalma hoc interesse noveris, quod idolum nullius est rei in natura exstantis signum, indalma autem alicujus similitudo atque effigies rei. Idolum est, ut verbi gratia Sphinges, Centauri, vultu canino aut capitibus bovillis præditi: ea enim nusquam sunt. Simulacra autem sunt ut solis, ut lunæ, ut astrorum, ut hominum, ferarum, repentium, et aliorum id genus.

Nota Chaldæos ignem, ut quo omnes res consumantur, pro Deo coluisse, et omnes Græcorum Deos refutasse. Hi cum ad Canopi etiam sacerdotem pervenissent, is tali usus est astu. Situlam fictilem in statuæ formam apparavit, quam tenuibus foraminibus cera oppletis peatusam aqua implevit, inductoque colore et statuæ capite artificiose imposito igni admovit, itaque vim ignis refellit, paulatim aquæ defluxu exstincti.

Anno sui imperii 15 et 16 Theodosius legem tulit, ne qua mulier ad diaconissæ munus reciperetur nisi annum 60 egressa. Eodem anno moritur Placilla Theodosii uxor, pia et pauperum studiosa, quæ suis manibus ægrotis atque male affecto corpore hominibus ministrabat. Hujus statuam confregerunt Antiocheni ob exactionem imperatoris, qua **371** de re Joannes Chrysostomus, eo tempore Antiochiæ presbyter, mirandas edidit orationes, statuarum titulo. Tunc etiam idcirco Thes-

